XX. (94) Sed pauca tamen quædam eaque celeberrima institutionis Pythagoricae specimina, studiorumque, quæ viris illis propria erant, monumenta percurramus. Primum igitur inter explorandum observabat, an capaces essent echemythia (hoc enim nomine utebatur), id est, an ea, quæ inter discendum audivissent, silentio premere ac custodiare possent, deinde an essent modesti, majoremque tacendi quam loquendi curam agebat. Considerabat etiam quævis alia, num scilicet affectu aut cupiditate nimis abstraherentur, non obiter transmittens talia, velut quales in ira, quales in cupiditatibus se exhiberent, an contentiosi, an ambitiosi essent, utrum ad dissensionem potius an ad amicitiam pro-

έχουσιν ἡ πρὸς φιλίαν. Εἰ δὲ πάντα ἀκριβῶς αὐτῷ ἐπι-  
έλεποντι ἔξηπτρυμένοι ἐφαίνοντο τοῖς ἀγαθοῖς οἵθεσι,  
τότε περὶ εὐμαθίας καὶ μνήμης ἐσκόπει, πρῶτων μέν,  
εἰ δύνανται ταχέως καὶ σαρῆς παραχολουθεῖν τοῖς λε-  
δῷ γομένοις, ἐπειτα, εἰ παρέπεται τις αὐτοῖς ἀγάπησις  
καὶ σωφροσύνη πρὸς τὰ διδασκόμενα. (98) Ἐπεσκόπει  
γάρ, πῶς ἔχουσι φύσεως πρὸς ήμέρωσιν, ἔχαλει δὲ  
τοῦτο κατάρτυσιν. Πολέμιον δὲ ἡγείτο τὴν ἀγριότητα  
πρὸς τοιαύτην διαγωγήν· ἀκολουθεῖν γὰρ ἀγριότητι  
ιοῦ ἀναίδειν, ἀναισχυνταίν, ἀκολασίαν, ἀκαιρίαν, δυσμά-  
θειαν, ἀναρχίαν, ἀτιμίαν καὶ τὰ ἀκόλουθα, πραότητι δὲ  
καὶ ἡμερότητι τὰ ἔναντια. Ἐν μὲν οὖν τῇ διαπείρῃ τοι-  
αῦτα ἐπεσκόπει καὶ πρὸς ταῦτα οἷςκει τοὺς μανθάνον-  
τας, τοὺς τε ἄρμόζοντας τοῖς ἀγαθοῖς τῆς παρ' ἑαυτῷ  
ιοῦ σοφίας ἐνέχρινε καὶ οὕτως ἐπὶ τὰς ἐπιστήμας ἀνάγειν  
ἐπειράτῳ, εἰ δὲ ἀνάρμοστον κατίδοι τινά, ὥσπερ ἀλ-  
λόφυλόν τινα καὶ ὅθενον ἀπῆλαυνε.

XXI. (96) Περὶ δὲ τῶν ἐπιτηδευμάτων, & παρέδωκε  
δι' ὅλης ἡμέρας τοῖς ἑταῖροις, μετὰ τοῦτο φράσω. Κατὰ  
τοῦ γάρ τὴν ὄργησιν αὐτοῦ ὡδε ἐπρασσον οἱ ὑπὸ αὐτοῦ  
δόδηγονμένοι. Τοὺς μὲν ἐωθινοὺς περιπάτους ἐποιοῦντο  
οἱ ἄνδρες οὗτοι καταμόνας τε καὶ εἰς τοιούτους τόπους,  
ἐν οὓς συνέβαινεν ἡρεμίαν τε καὶ ἡσυχίαν εἶναι σύμμε-  
τρον, διόπου τε ἵερα καὶ ἀλητή τις θυμηδία. (97)  
Φόντο γάρ δεῖν μὴ πρότερόν τινι συντυχάνειν, πρὶν  
ἡ τὴν ἴδιαν ψυχὴν καταστήσουσι καὶ συναρμόσονται  
τὴν διάνοιαν ἀρμόδιον δὲ εἶναι τῇ καταστάσει τῆς δια-  
νοίας τὴν τοιαύτην ἡσυχίαν. Τὸ γάρ εὐθὺς ἀναστάντας  
εἰς τοὺς δύλους ὥθεσθαι θορυβῶντες ὑπειλήφεισαν. Διὸ  
δὴ δὴ πάντες οἱ Πυθαγόρειοι τοὺς ἱεροπρεπεστάτους τόπους  
ἀεὶ ἔχελεγοντο μετὰ δὲ τὸν ἐωθινὸν περίπατον τότε  
πρὸς ἀλλήλους ἐτύγχανον, μαλιστα μὲν ἐν Ἱεροῖς, εἰ δὲ  
μή γε, ἐν δμοῖς τόποις. Ἐγρῦντο δὲ τῷ καιρῷ τούτῳ  
πρὸς τε διδασκαλίας καὶ μαθήσεις καὶ πρὸς τὴν τῶν  
ηθῶν ἐπανόρθωσιν. (98) Μετὰ δὲ τὴν τοιαύτην δια-  
τριβὴν ἐπὶ τὴν τῶν σωμάτων ἐτέροντο θεραπείαν.  
Ἐγρῦντο δὲ ἀλείμμασί τε καὶ δρόμοις οἱ πλεῖστοι, ἐλάτ-  
τονες καὶ πάλαις ἐν τε κήποις καὶ ἐν ἀλσεσι, οἱ δὲ καὶ  
ἐλτηροβολίᾳ η γειρονομίᾳ, πρὸς τὰς τῶν σωμάτων  
ἰσχύς τὰ εὔθετα ἐπιτηδεύοντες ἔχλεγεσθαι γυμνάσια.  
Ἀρίστῳ δὲ ἐγρῦντο ἄρτῳ καὶ μελιτῇ η κηρίῳ, οἷον δὲ  
μεθ' ἡμέραν οὐ μετεῖχον. Τὸν δὲ μετὰ τὸ ἄριστον γρό-  
νον περὶ τὰς πολιτικὰς οἰκονομίας κατεγίνοντο, περὶ τε  
τὰς ἔξιτικὰς καὶ τὰς ἔνικας, διὸ τὴν τῶν νόμων πρόσ-  
ταξιν· πάντα γάρ ἐν ταῖς μετ' ἀρίστον ὡραῖς ἔσου-  
λοντο διοικεῖν. Δεῖλης δὲ γενομένης εἰς τοὺς περιπάτους  
πάλιν δρμῖν, οὐχ δμοῖς κατ' ίδίαν, ὥσπερ ἐν τῷ ἐω-  
θινῷ περιπάτῳ, ἀλλὰ σύνδυο καὶ σύντρεις ποιεῖσθαι τὸν  
περίπατον, ἀναμιμησχομένους τὰ μαθήματα καὶ ἔγ-  
νη γυμναζομένους τοῖς καλοῖς ἐπιτηδεύμασι. (99) Μετὰ  
δὲ τὸν περίπατον λουτρῷ γρῦθοι, λουσαμένους τε ἐπὶ  
τὰ συστίτια ἀπαντᾶν. Ταῦτα δὲ εἶναι μὴ πλεῖστον η δέκα  
ἀνθρώπους συνευωχεῖσθαι. Ἀθροισθέντων δὲ τῶν συστί-  
τοντων ἕνεσθαι σπονδάς τε καὶ θυσίας θυημάτιον τε

pendent. Quodsi jam ipsi omnia perscrutanti satis in-  
stricti bonis moribus videbantur, tum in docilitatem et  
memoriam inquirebat, ac primum quidem, an prompte  
et perspicue quae dicta essent assequerentur, deinde quo  
amore, quave moderatione tradita complectenterunt. (95) Ad-  
vertebat enim, an natura tractabiles essent, et hanc tracta-  
bilitatem *catalysīn* appellabat. Inimicam vero hujusmodi  
institutioni arbitrabatur ferociam: sequi enim inde inve-  
recundiam, impudentiam, immodestiam, importunitatem,  
ignaviam, contumaciam, infamiam et similia, placidam vero  
mentem et morum mansuetudinem contraria. Atque haec  
quidem in probatione spectabat et hoc discipulos exercita-  
tione assuefaciebat, quiq; aptos se præberent, hos demum  
ad sapientiae suo thesauros admittebat et ita ad scientias  
provehere studebat; sin vero ineptum quem deprehenderet,  
ut alienum et extraneum procul arcebat.

XXI. (96) Jam dicam de studiis, quae toto die a familia-  
ribus suis tractari voluit. Agebant enim ipso duce, qui eum  
sequebantur, hoc modo. Et matutino quidem tempore isti  
viri soli in hujusmodi locis ambulabant, ubi quies et con-  
gruum silentium, ubi templa et luci, quaque alia animum  
exhilarant. Non enim prius cum quoquam conversandum  
existimabant, quam ipsi suum animum bene constitutum  
recteque compositum haberent: eo autem in primis con-  
ducere solitudinem. Nam statim a lecto surgentes in tur-  
bam prorumpere turbulentum esse censebant. Quapropter  
omnes Pythagorei sibi loca sacris rebus quam maxime op-  
portuna eligabant. Post matutinam deambulationem in tem-  
plis maxime aut certe similibus in locis conveniebant, idque  
tempus docendo et discendo, moribusque excolendis con-  
sumebant. (97) Ab hujusmodi scholis deinde ad corpora en-  
randa se convertebant. Plerique unctione et cursu uteban-  
tur, pauciores lucta in hortis et nemoribus, quidam etiam  
halterum jactu aut gesticulatione, apta ad corporis vires cor-  
roborandas exercitia eligentes. In prandio panis erat et mel  
aut favus, vinum vero interdiu non gustabant. Post pran-  
dium civilia tractabant negotia, quaeque peregrinos et hos-  
pites spectabant, legibus sic jubentibus: omnia enim id ge-  
nus pomeridianis horis procurabant. Circa vesperam ibant  
ambulatum iterum, non tamen singuli seorsim, sicuti mane  
solebant, sed bini terni, in memoriam sibi mutuo revo-  
cantes quae didicerant et in bonis sese studiis exercentes.  
(98) Ambulatione defuncti ad balnea se conferebant, loti-  
que inibant convivia, eaque intra decem convivas termi-  
nata. Hisce congregatis libationes et sacrificia suffimentis  
et thure celebrabantur. Hinc ad cœnam ibant, cui ante  
solis occasum finis imponebatur. Sumebant vero vinum e

καὶ λιβανωτοῦ. Ἐπειτα ἐπὶ τὸ δεῖπνον χωρεῖν, ὃς πρὸ  
ἥλιου δύσεως ἀποδεδειπνηκέναι. Χρῆσθαι δὲ καὶ οἰνῳ  
καὶ μάζῃ καὶ ἄρτῳ καὶ δύῳ καὶ λαχάνοις ἔφθοις τε καὶ  
ώμοις. Παρατίθεσθαι δὲ κρέα ζώων θυσίμων ιερείων.

τῶν δὲ θαλασσίων δύων σπανίων χρῆσθαι· εἶναι γάρ  
τινα αὐτῶν δὶς αἵτιας τινὰς οὐ χρήσιμα πρὸς τὸ χρῆ-  
σθαι. Ωσαύτως δὲ καὶ ζώων, διὰ πέρικυρος βλασφεμίας  
ἀνθρωπίνων γένει, μήτε πέρικυρος βλασφεμίας, εἶπετα  
τοῖς ἀναγνώσεις. Ἐθος δὲ ἦν, τὸν μὲν νεωτάτον ἀναγινώ-  
σκειν, τὸν δὲ πρεσβύτατον ἐπιστατεῖν, διὰ δὲ ἀναγινώσκειν  
καὶ πῶς δεῖ. Ἐπει τὸ μέλλοντες ἀπιέναι, σπονδὴν αὐ-  
τοῖς ἐνέχει διονούσος, σπεισάντων δὲ διὰ πρεσβύτατος  
παρήγγελλε τάδε· ἡμερον φυτὸν καὶ ἔγχαρπον μήτε  
βλάπτειν, μήτε φθείρειν· ἔτι πρὸς τούτοις περὶ τε τοῦ  
Οείου καὶ περὶ τοῦ δαιμονίου καὶ περὶ ἡρωικοῦ γένους  
εὑρημάτων τε καὶ ἀγαθὴν ἔχειν διάνοιαν, ὡσαύτως δὲ καὶ  
ἐπὶ γονέων τε καὶ εὐεργετῶν διανοεῖσθαι, νόμῳ τε βοη-  
θεῖν καὶ ἀνομίᾳ πολεμεῖν. (100) Τούτων δὲ ἕρθεντων  
ἀπιέναι ἔκαστον εἰς οἰκον. Ἔσθητι δὲ χρῆσθαι λευκῇ  
καὶ καθαρῇ, ὡσαύτως δὲ καὶ στρώμασι λευκοῖς τε καὶ  
καθαροῖς. Εἶναι δὲ τὰ στρώματα ἱμάτια λινᾶ· κω-  
δίοις γάρ οὐ χρῆσθαι. Περὶ δὲ θήρων οὐ δοκιμάζειν  
καταγίνεσθαι, οὐδὲ χρῆσθαι τοιούτῳ γυμνασίῳ. Τὰ  
μὲν οὖν ἐφ' ἡμέρῃ ἔκαστη τῷ πλήθει τῶν ἀνδρῶν πα-  
ραδιδόμενα εἰς τε τροφὴν καὶ τὴν τοῦ βίου ἀναγνωγὴν  
τοιαῦτα ἦν.

XXIII. (101) Περαδίδοται δὲ καὶ ἄλλος τρόπος παι-  
δεύσεως διὰ τῶν Πιθαγορικῶν ἀποφάσεων, τῶν εἰς τὸν  
βίον καὶ τὰς ἀνθρωπίνας ὑπολήψεις διατεινουσῶν, ἀρ' ὃν  
δλίγας ἔχει πολλῶν παραθήσομαι. Παρήγγελλον γάρ ἐξ  
φιλίας ἀληθινῆς ἔξπειρεν ἀγῶνα τε καὶ φιλονεικίαν, μά-  
λιστα μὲν ἐκ πάσης, εἰ δυνατόν, εἰ δὲ μή, ἐκ γε τῆς  
πατρικῆς καὶ καδόλου ἐκ τῆς πρὸς τοὺς πρεσβυτέρους,  
ὡσαύτως δὲ καὶ ἐκ τῆς πρὸς τοὺς εὐεργέτας· τὸ γάρ  
διαγωνίζεσθαι ή διαφιλονεικεῖν πρὸς τοὺς τοιούτους ἐμ-  
πεισούσης δργῆς ή ἀλλού τινὸς τοιούτου πάθους οὐ σω-  
τέριον τῆς ὑπερχρύσης φιλίας. Ἐφασαν δὲ δεῖν ὡς ἐλα-  
χίστας ἀμυγάς τε καὶ ἐλκώσεις ἐν ταῖς φιλίαις ἔγγινε-  
το σθαι, τοῦτο δὲ γίνεσθαι, ἂν ἐπίστωνται εἴκειν καὶ  
κρατεῖν δργῆς, ἀμφότεροι μέν, μᾶλλον δὲ διενέπειροι τε  
καὶ τῶν εἰρημένων τάξεων δύων ἡνδήποτε. Τὰς ἐπαν-  
ορθώσεις τε καὶ νουθετήσεις, δὲς δὴ παιδαρτάσεις ἔκά-  
λουν ἐκεῖνοι, μετὰ πολλῆς εὑρημίας τε καὶ εὐλαβείας  
οὗτον δεῖν γίνεσθαι πάρα τῶν πρεσβυτέρων τοῖς νεωτέ-  
ροις, καὶ πολὺ ἐμφανεσθαι ἐν τοῖς νουθετοῦσι τὸ κηδε-  
μονικόν τε καὶ οἰκεῖον· οὕτω γάρ εὐσχήμονά τε γίνε-  
σθαι καὶ ὀφέλιμον τὴν νουθέτησιν. (102) Ἐξ φιλίας  
μηδέποτε ἔξαιρεῖν πίστιν, μήτε παιζόντας, μήτε σπου-  
δάζοντας· οὐ γάρ ἔτι ῥάδιον εἶναι διυγιᾶν τὴν ἐπάρ-  
γουσαν φιλίαν, ἔταν δὲ παξ παρεμπέση τὸ ψεῦδος εἰς τὰ  
τῶν φασκόντων φίλων εἶναι ἡθον. Φιλίαν μὴ ἀπογινώ-  
σκειν ἀτυχίας ἔνεκα η ἀλλης τινὸς ἀδυναμίας τῶν εἰς  
τὸν βίον ἐμπιπτουσῶν, ἀλλὰ μόνην εἶναι δόξιμον ἀπό-

mazam et panem et opsonium et cruda pariter coctaque  
olera. Apponebatur iis etiam caro de animalibus, quae im-  
molare fas erat. Raro autem vescebantur piscibus, quod ho-  
rum quidam utiles non essent. Pariter et animal, quod na-  
tura sua humano generi non esset noxiū, non esse laeden-  
dum nec perdendum censebant. (99) Post hanc cenam li-  
batio fiebat, dein lectio. Mos erat autem, ut natu minimus  
legeret, natu vero maximus quid aut quomodo legendum  
esset imperaret. Discessuris pincerna libamen infundebat,  
peractaque libatione senior edicebat hæc : plantam sati-  
vam frugiferamque neque laedendam, neque corrumpen-  
dam esse : præterea de deo, de dæmonibus et de heroibus  
religiōse et bene sentiendum, eodemque modo erga parentes  
et bene meritos animatos esse debere, denique legi succur-  
rendum, licentiamque propulsandam esse. (100) Ita moni-  
niti suam quisque domum discedebant. Ceterum vestem  
gestabant candidam et puram, pariterque stragula candida  
atque pura ex lino facta substernebant; lanceis enim non  
utebantur stragulis. Venationi non dabant operam, sed ab  
isto exercitationis genere abstinebant. Hæc sunt de victu  
vitæque ratione quotidie virorum istorum cœtui præscripta.

XXII. (101) Traditus est et alius docendi modus per sen-  
tentias Pythagoricas ad mores opinionesque hominum per-  
tinentes, quarum paucas ex multis apponere juvabit. Præci-  
piebant enim certamen et contentionis studium a vera ami-  
citia, si fieri posset, removendum omnino esse, si non, saltem  
ab ea, quæ nobis cum parentibus et omnino cum senioribus  
et cum benefactoribus intercedat : nam cum hisce si quis  
decerret et contendat, ira vel alio tali affectu accidente ser-  
vari non posse contractam amicitiam. Hæc ut cicatrica  
purulenta sit quam fieri possit minime operam esse dan-  
dam, id autem fieri, si uterque amicorum invicem cedere  
iramque comprimere sciverit, in primis vero junior quicquid  
aliquo est eorum, quos dixi, locorum positus. Emendatio-  
nes et castigationes, quas pædarṭases nominabant, multa  
cum verborum clementia cautioneque a senioribus erga ju-  
niiores fieri debere existimabant, plurimumque sollicitudi-  
nis affectusque ex ipsis castigatoribus elucere : ita enim de-  
coram fieri castigationem atque utilem. (102) Nunquam ab  
amicitia fidei, neque per jocum, neque serio removendam  
esse : non enim fieri posse ut salva evadat amicitia, quum  
semel mendacium in mores eorum, qui se amicos jactant,  
se insinuaverit. Amicitiam non esse deponendam propter  
infortunium vel aliam quandam infirmitatem, qualis ac-  
cidere rebus humanis soleat, sed unicam, quæ quidem  
probabilis sit, amici et amicitiae rejiciendæ caussam esse

γνωσιν φίλου τε καὶ φίλας τὴν γινομένην διὰ κακίαν μεγάλην τε καὶ ἀνεπανόρθωτον. Τοιοῦτος μὲν οὖν δότος ἡ τῆς διὰ τῶν ἀποφάσεων παρ' αὐτοῖς γινομένης ἀπανορθώσεως εἰς τε τάσσους τὰς ἀρέτας καὶ θλον τὸν δίον διατείνων.

ΧΙΛΙ. (103) Ἀναγκαῖτας δὲ παρ' αὐτῷ τρόπος διδασκαλίας ὑπῆργε καὶ δὸς διὰ τῶν συμβόλων. Ὁ γὰρ χαρακτήρ ὅντος καὶ παρ' Ἑλλησι μὲν σχεδὸν ἀπασιν ἀπειπατούσος ὁν ἐσπουδάζετο, ἔξαιρέτως δὲ παρ'. (104) Αἰγυπτίοις ποικιλώτατα ἐπρεσβεύετο, κατὰ τὰ αὐτὰ δὲ καὶ παρὰ Πυθαγόρᾳ μεγάλης σπουδῆς ἐτύγχανεν, εἴ τις δικρήρωσεις σαρῆς τὰς τῶν Πυθαγορικῶν συμβόλων ἐμφάσεις καὶ ἀπορρήτους ἐννοίας, δοσῆς δρόθοτης καὶ ἀληθείας μετέχουσιν ἀποκαλυψθεῖσαι καὶ τοῦ αἰνιγματικῶδους ἐλευθερωθεῖσαι τύπου, προσοικειώθεισαι δὲ καθ' ἀπλῆν καὶ ἀποίκιλον παράδοσιν ταῖς τῶν φιλοσόφων τούτων μεγαλοφυίαις καὶ ὑπὲρ ἀνθρωπίνην ἐπίνοιαν θεωθεῖσαι. (105) Καὶ γάρ οἱ ἐκ τοῦ διδασκαλείου τούτου, μάλιστα δὲ οἱ παλαιότατοι καὶ αὐτοὶ συγχρονίσαντες καὶ μαθητεύσαντες τῷ Πυθαγόρᾳ πρεσβύτην, Φιλόδαρος τε καὶ Εὔρυτος καὶ Χαρώνδας καὶ Ζάλευχος καὶ Βρύσσων, Ἀρχύτας τε δὲ πρεσβύτερος καὶ Ἀρίσταις καὶ Λύσις καὶ Ἐμπεδοκλῆς καὶ Ζάμολης καὶ Ἐπιμενίδης καὶ Μίλων, Λεύκιππός τε καὶ Ἀλκυρίων καὶ Ἰππαῖος καὶ Θυμαρίδας καὶ οἱ καὶ αὐτὸς ἀπαντεῖς, πλῆθος ἀλλογίμων καὶ ὑπερφυῶν ἀνδρῶν, τάς τε δισαλέξεις καὶ τὰς πρὸς ἀλλήλους διμίλιας καὶ τοὺς ὑπομηματισμούς τε καὶ ὑποστημείωτες, καὶ αὐτὰ δῆδη τὰ συγγράμματα καὶ ἀκέδοσεις πάσας, ὃν τὰ πλείόνα μέμηκρι καὶ τῶν ἡμετέρων χρόνων διασώζεται, οὐ τῇ κοινῇ καὶ δημώδει καὶ δὴ καὶ τοῖς ἀλλοῖς ἀπασιν εἰωθεία λέξεις συνετὰ ἐποιοῦντο τοῖς δὲ ἐπιδρομῆς ἀκούοντις, πειρύμενοι εὐπαρακολούθητα τὰ φραζόμενα ὑπ' αὐτῶν τίθεσθαι, ἀλλὰ κατὰ τὴν νεομοθετημένην αὐτοῖς ὑπὸ Πυθαγόρου ἐχεμυθίαν θείων μυστηρίων καὶ πρὸς τοὺς ἀτελέστους ἀπορρήτων τρόπων ἥπτοντο καὶ δὸς συμβόλων ἐπέσκεπτον τὰς πρὸς ἀλλήλους διαλέξεις ή καὶ συγγραφάς. (106) Καὶ εἰ μή τις αὐτὰ τὰ σύμβολα ἐκλέξας διαπτύξεις καὶ ἀμώμων ἐγγῆσει περιλαβοῖ, γελοῖα ἀν καὶ γραώδη δόξεις τοῖς ἐντυγχάνουσι τὰ λεγόμενα, λήρου τε μεστὰ καὶ ἀδόλεσχίταις. Ἐπειδόν μέντοι κατὰ τὸν συμβόλων τούτων τρόπον διαπτυχθῆ καὶ φανερὰ καὶ εὐαγῆ ἀντὶ σκοτεινῶν τοῖς πολλοῖς γένηται, θεοπροπία καὶ χρησμοῖς τισι τοῦ Πύθιου ἀναλογεῖ καὶ θαυμαστὴν ἔχραίνει διάνοιαν, δαυκούιαν τε ἐπίπνοιαν ἐμποιεῖ τοῖς νεονηκόσι τῶν φιλοδόγιων. Οὐ χείρον δὲ ὀλίγων μνημονεῦσαι ἔνεκα τοῦ σαφέστερον γενέσθαι τὸν τύπον τῆς διδασκαλίας. « Όδος πάρεργον οὐτε εἰσιτέον εἰς ιερόν, οὔτε προσκυνητέον τὸ παράπαν, οὐδὲ» εἰ πρὸς ταῖς θύραις αὐταῖς παριών γένοιο· ἀνυπόδηπος θύει καὶ προσκύνει· τὰς λεωφόρους δόδον ἔκχλινων διὰ τῶν ἀτραπῶν βάδιζε· περὶ Πυθαγορείων ἄνευ φωτὸς μὴ λάλει. » Τοιοῦτος, ὃς ἐν τύποις εἰπεῖν, δ τρόπος ἦν αὐτοῦ τῆς διὰ συμβόλων διδασκαλίας.

eam, quae a magna quadam et insanabili malitia proficiatur. Talis erat apud ipsos per sententias emendationis formula, quae se in omnes virtutes totamque vitam diffundebat.

ΧΙΛΙ. (103) Illam vero docendi rationem, quae symbolis constabat, maxime necessariam ducebat. Hic enim character et apud Græcos sere omnes ut antiquissimus colebatur, in primis vero apud Αἴγυπτος multiplici in honore erat, nec minorem in eo diligentiam Pythagoras quoque posuit, si quis accurate explicet, symbolorum Pythagoricorum significaciones et arcani sensus quantum recti verique continent relecti et obscuritate exsoluti et ad sublimia horum philosophorum ingenia simplici atque sincera traditione accommodati, supraque humanum captum ad divinitatem enecti. (104) Nam qui ex hac schola prodierunt, in primis antiquissimi illi, qui Pythagoræ aequales ejusque senis juvenes discipuli fuerunt, Philolaus et Eurytus et Charondas et Zaleucus et Brysso, Archytas item senior et Aristaeus et Lysis et Empedocles et Zamolxis et Epimenides et Milo et Leucippus et Alcmæo et Hippasus et Thymaridas et quotquot ea cunctate fuerunt magno numero docti et excellentes viri, dissertationes suas et colloquia et commentarios et notas, scripta denique et libros editos, quorum pleraque ad nostram usque cunctatem conservata sunt, non communia aut populari vulgoque usitata dictione componebant, ut primo statim intuitu possent intelligi, neque planam audentibus ad assequenda, quae tradiebantur, viam sternere studebant, sed potius juxta *echenethiam* illam a Pythagora sanctam morem eum sequebantur, qui in celandis apud non initiatos occultandisque divinis mysteriis servari solet, ac symbolis dissertationes suas aut scripta obsepiebant. (105) Quae nisi quis exposita aperuerit, seriaque enarratione vestiverit, ridicula et anilia, nugasque et gerris plena, quae dicuntur, videri poterunt. Si quis vero ea iuxta modum hisce symbolis congruentem evolverit, ita ut pro obscuris lucida et plana vulgo fiant, ad vaticiniorum Apolliniske oraculorum similitudinem accedunt, admirabilemque præse ferunt sensum et eruditorum illis, qui sapient, divini aliquid inspirant. Nec abs re fuerit pauca quædam eorum commemorare, quo iste docendi modus clarus appareat. « Ne in transcurso templum intres aut omnino adores, etiam si ad ipsas templi fores transeas; sacrificia et adora discalceatus; a publica via declinans per semitam incede; de Pythagoreis ne loquaris absque lumine. » Talis erat ejus, ut paucis dicam, modus per symbola docendi.

**XXIV.** (106) Ἐπεὶ δὲ καὶ ἡ τροφὴ μεγάλα συμβάλλεται πρὸς τὴν ἀρίστην παιδείαν, διαν καλῶς καὶ τεταγμένως γίνηται, σκεψώμεθα, τίνα καὶ περὶ ταύτην ἐνομοθέτησε. Τῶν μὲν βρωμάτων καθόλου τὰ τοιαῦτα ἀπέδοκλιμαζεν, δσα πνευματιδὸν καὶ ταραχῆς αἰτία, τὰ δὲ ἐναντία ἐδοκίμαζέ τε καὶ χρῆσθαι ἔκελεν, δσα τὴν τοῦ σώματος ἔξιν καθίστησοι τε καὶ συστέλλει. Ὅθεν ἐνόμικεν εἶναι καὶ τὴν κέχγρον ἐπιτήδειον εἰς τροφήν. Καθ' δόλου δὲ ἀπέδοκλιμαζε καὶ τὰ τοῖς θεοῖς ἀλλότρια 10 ὡς ἀπάγοντα ἡμᾶς τῆς πρὸς τοὺς θεοὺς οἰκειώσεως. Κατ' ἄλλον δὲ, ἀν τρόπον καὶ τῶν νομιζομένων εἶναι λερῶν σφόδρα ἀπέχεσθαι παρήγγελν ὡς τιμῆς ἀξίων δοτῶν, ἀλλ' οὐχὶ τῆς κοινῆς καὶ ἀνθρωπίνης χρήσεως, καὶ δσα δὲ εἰς μαντικὴν ἐνεπόδιζεν ἡ πρὸς καθαρότητα 15 τῆς ψυχῆς καὶ ἀγνείαν ἢ πρὸς σωφροσύνην ἢ ἀρετῆς ἔξιν, παρήγει φυλάττεσθαι. (107) Καὶ τὰ πρὸς εὐάγειαν δὲ ἐναντίως ἔχοντα καὶ ἐπιθελοῦντα τῆς ψυχῆς τάς τε ἀλλας καθερότητας καὶ τὰ ἐν τοῖς ὕπνοις φαντάσματα παρητεῖτο. Κοινῶς μὲν οὖν ταῦτα ἐνομοθέ-20 της περὶ τροφῶν, ἵδικ δὲ τοῖς θεωρητικῶτάτοις τῶν φιλοσόφων καὶ δτι μάλιστα ἀχρότατος καθάπαξ περιήρει τὰ περιττὰ καὶ ἀδίκα τῶν ἐδεσμάτων, μήτε ἔμψυχον μηδὲν μηδέποτε ἐσθίειν εἰσηγούμενος, μήτε οἶνον δλως πίνειν, μήτε θύειν ζῶα θεοῖς, μήτε κατα-25 ἀλάπτειν μηδὲν διοιν αὐτά, διασώζειν δὲ καὶ τὴν πρὸς αὐτὰ δικαιοσύνην ἐπιμελέστατα. (108) Καὶ αὐτὸς οὕτως ἔχοντας ἀπεγχύμενος τῆς ἀπὸ τῶν ζώων τροφῆς καὶ τοὺς ἀνατιμάκτους βωμούς προσκυνῶν, καὶ δπως μηδὲ ἄλλοι αναιρήσωσι τὰ δμοφύη πρὸς ἡμᾶς ζῶα προμη-30 τούμενος, τά τε ἄγρια ζῶα σωφρονίων μᾶλλον καὶ παιδεύων διὰ λόγων καὶ ἔργων, ἀλλ' οὐχὶ διὰ κολάσεως καταβλάπτων. Ἡδη δὲ καὶ τῶν πολιτικῶν τοῖς νομοθέταις προσέταξεν ἀπέχεσθαι τῶν ἔμψυχων· ἀτε γάρ θουλομένους ἄκρως δικαιοπραγεῖν ἔδει δῆπου μηδὲν 35 ἀδίκειν τῶν συγγενῶν ζώων. Ἐτεὶ πῶς δὲν ἐπεισαν δίκαια πράττειν τοὺς ἀλλούς, αὐτοὶ διλοικόμενοι ἐν πλεονεξίᾳ συγγενικῇ τῇ τῶν ζώων μετοχῇ, ἀπερ διὰ τὴν τῆς ζωῆς καὶ τῶν στοιχείων τῶν αὐτῶν κοινωνίαν καὶ τῆς ἀπὸ τούτων συνισταμένης συγχράσεως ὧστενεὶ ἀδελφό-40 τῷ τρῷ πρὸς ἡμᾶς συνέζευκται; (109) Τοῖς μέντος ἄλλοις ἐπέτρεπε τινῶν ζώων ἀπτεσθαι, δσοις δὲ βίος μὴ πάνυ ἢ ἐκκεκαθαρμένος καὶ λερὸς καὶ φιλόσοφος, καὶ τούτοις γρόνον τινὰ ὥριζε τῆς ἀπογῆς ὑρίσμενον. Ἐνομοθέτησε δὲ τοῖς αὐτοῖς καρδιῶν μὴ τρώγειν, ἔγκεφαλον μὴ ἐσθίειν, 45 καὶ τούτων εἰργεσθαι πάντας τοὺς Πυθαγορικούς· ἡγεμονίας γάρ εἰσι καὶ ὥστενεὶ ἀπιβάθρα καὶ ἔδραι τινὲς τοῦ φρονεῖν καὶ τοῦ ζῆν. Ούτως καὶ μαλάχης εἰργεσθαι ἔκελεν, δτι πρώτη ἀγγελος καὶ σημάντρια συμπα-50 υν θειῶν οὐρανίων πρὸς ἐπίγεια, καὶ μελανούρου δὲ ἀπέχεσθαι παρήγγελλε· χθονίων γάρ ἐστι θεοῖς· καὶ ἔρυθρίνον μὴ προσλαμβάνειν δι' ἔτερα τοιαῦτα αἰτία, καὶ κυάμων ἀπέχεσθαι διὰ πολλὰς λεράς τε καὶ φυσικὰς καὶ εἰς τὴν ψυχὴν ἀνηκούσας αἰτίας. Καὶ

XXIV. (106) Quoniam vero et alimēta, si rite atque ordine adhibeantur, ad optimam institutionem plurimum conferunt, age consideremus etiam, quid de his decreverit. Ac cibos quidem omnino tales improbabat, qui ventrem inflarent, quique tumultum excitare possent, his vero dissimiles probabat commendabatque, quotquot habitum corporis confirmant et adstringunt. Unde et milium nutritio aptum iudicabat. Omnino autem et diis ingratos cibos rejiciebat, ut qui a dei familiaritate nos abducerent. Alia ex ratione et ab eis, quae sacra censebantur, edendis prorsus jubebat abstinenre, quia honore majore digna essent, quam ut communi hominum usu absumerentur. Monebat etiam cavere ab iis, quae facultatem divinandi aut puritatem animæ aut castitatem aut sobrietatem aut virtutis habitudinem impedirent. (107) Denique respuebat cuncta sanctitati aduersa et quum reliquam animæ puritatem, tum ohlatas in somno species obfuscantia. Et haec quidem generatim de victu decrevit, singillatim vero philosophorum contemplationi addictissimis atque summis superflua velitaque ciborum genera omnino adimebat, ac ne unquam animata ererent, nec vinum bibarent, nec diis hostias immolarent, nec ullo denique modo animalia ēderent, sed debita iisjura studiosissime servarent, auctor exstitit. (108) Atque ipse quoque ita vixit, ut a carne animalium abstineret et aras adoraret sanguine nunquam adspersas, provideretque ne et alii animalia eadem nobiscum natura prædicta cæderent, ipse feras castigans potius et re ac verbis instituens, quam poena inferenda violans. Jam iis quoque, qui legibus dandis reip. regendæ operam darent, præcepit, ut ab animalibus abstinerent: quum enim præ ceteris justitiam prosterentur, oportere utique eos nullum e cognatis animalibus afficere injuria. Quomodo enim persuadere ceteris possent, ut juste agerent, si ipsi reprehenderentur violare cognitionem propter ea, quae nobiscum communia habent animalia, quippe quae per vitæ eorumdemque elementorum communionem et inde ortam tempe rationem veluti fraternitate quadam nobiscum conjuncta sunt? (109) Ceteris tamen, quicunque vitam non adeo puram et sacram et philosophicam agerent, quædam animalia attingere permittebat, iisque abstinentiam imperabat definito tempore circumscriptam. Iisdem præcepit, cor ne roderent, cerebrum ne comederent: nam ab istis omnino Pythagoricos prohibuit, eo quod in iis principium et aditus quasi ac sedes sapiendi vivendique consisterebant. Id quod religionis caussa propter divinæ rationis naturam instituebat. Sic et malva prohiberi eos solebat, quoniam prima ea illius concordiae, quæ inter celestia et terrena intercedit, nuntia esset et index, et a melanuro etiam abstinere præcipiebat, quia inferis diis sacer esset, et erythrinum non attingere ob alias hujus generis causas, et a fabis abstinere propter

δὲλλα τοιωτά διεθεσμοθέτησε τούτοις δόμοια, διὰ τῆς τροφῆς ἀρχόμενος εἰς ἀρετὴν δόδηγεν τοὺς ἀνθρώπους.

XXV. (110) Ὑπελάμβανε δὲ καὶ τὴν μουσικὴν με-  
5 β γάλα συμβάλλεσθαι πρὸς ὑγείαν, ἃν τις αὐτῇ χρῆται  
κατὰ τοὺς προστήκοντας τρόπους. Εἰώθει γάρ οὐ παρέρ-  
γως τῇ τοιαύτῃ χρῆσθαι καθάρσει· τοῦτο γάρ δὲ καὶ  
προστηγόρευε τὴν διὰ τῆς μουσικῆς ιατρείαν. Ἡπειροῦ δὲ  
10 περὶ τὴν ἔσαριν ὥραν τῆς τοιαύτης μελωδίας. Ἐκά-  
θιζε γάρ ἐν μέσῳ τινά λύρας ἐραπτόμενον, καὶ κύκλῳ  
ἔκαθιζοντο οἱ μελωδεῖν δυνατοί, καὶ οὕτως ἔκεινον  
κρούοντος συνῆδον παιῶνάς τινας, δι' ὧν εὐφράνεσθαι  
15 καὶ ἐμμελεῖς καὶ εὔρυθμοι γίνεσθαι ἐδόκουν. (111) Χρῆ-  
σθαι δ' αὐτοὺς καὶ κατὰ τὸν ἄλλον χρόνον τῇ μουσικῇ  
20 ἐν ιατρείας τάξει, καὶ εἶναι τινα μέλη πρὸς τὰ τῆς ψυ-  
χῆς πεποιημένα πάθη, πρὸς τε ἀθυμίας καὶ δηγμούς,  
δὲ δὴ βοηθητικάτατα ἐπενεόντο, καὶ πάλιν αὖ ἔτερα  
πρὸς τε τὰς δργὰς καὶ πρὸς τοὺς θυμούς καὶ πρὸς πλε-  
σσαν παραλλαγὴν τῆς ψυχῆς, εἴναι δὲ καὶ πρὸς τὰς ἐπι-  
25 θυμίας ἄλλο γένος μελοποιίας ἔξευρημένον. Χρῆσθαι  
δὲ καὶ δργήσειν. Ὁργάνῳ δὲ χρῆσθαι λύρᾳ· τοὺς γάρ  
αὐλοὺς ὑπελάμβανεν ὑβριστικόν τε καὶ πανηγυρικόν  
καὶ οὐδαμῶς ἐλευθέριον τὸν ἥχον ἔχειν. Χρῆσθαι δὲ καὶ  
30 Ὁμήρου καὶ Ἡσίοδου λέξεσιν ἔξειλεγμέναις πρὸς ἐπαν-  
ώρθωσιν ψυχῆς. (112) Λέγεται δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἔργων  
Πυθαγόρας μὲν σπονδειακῷ ποτε μέλει διὰ τοῦ αὐλητοῦ  
κατασθέσαι τοῦ Ταυρομενίτου μειράκου μεθύοντος τὴν  
λύσσαν, νύκτωρ ἐπικωμαζόντος τῇ ἐρωμένῃ παρὰ τοῦ  
35 ἀντεραστοῦ καὶ τὸν πυλῶνα ἐμπιπρᾶνται μελλοντος.  
εἰς Ἐξήπτετο γάρ καὶ ἀνέκωπυρεῖτο ὑπὸ τοῦ Φρυγίου αὐ-  
λήματος. Ὁ δὴ κατέπαυε τάχιστα διὰ τοῦ Πυθαγόρας (ἐτύγ-  
χεν δὲ αὐτὸς ἀστρονομούμενος ἀωρί), καὶ τὴν εἰς τὸ  
40 σπονδειακὸν μεταβολὴν ὑπέθετο τῷ αὐλητῇ, δι' ἣς  
ἀμελλήτη κατασταλέν κοσμίως οίκαδε ἀπτηλάγη τὸ  
μειράκιον, πρὸ βραχέως μηδ' ἐφ' δσον οὖν ἀνασχύμε-  
νον, μηδ' ἀπλῶς ὑπομεῖναν νοοθεσίας ἐπιβοήτην παρ' αὐ-  
τοῦ, πρὸς δὲ καὶ ἐμπλήκτως ἀποσκορακίσαν τὴν τοῦ  
45 Πυθαγόρου συντυχίαν. (113) Ἐμπεδοκλῆς δέ, σπασ-  
μένου τὸ ξίφος ἡδη νεανίου τινὸς ἐπὶ τὸν αὐτὸν ξενοδό-  
50 γον ἄγχιτον, ἐπεὶ δικάσας δημοσίᾳ τὸν τοῦ νεανίου  
πατέρα ἔθανάτωσε, καὶ ἀΐσαντος, ὡς εἶχε συγχύσεως  
καὶ θυμοῦ, ξιφήρους παῖσαι τὸν τοῦ πατρὸς καταδί-  
καστήν, ὥσανεν φονέα, ἄγχιτον, μεθαρμοσάμενος εὐ-  
θὺς ἀνεκρούσατο τὸ

45 Νηπενθές τ', ἄχολόν τε, κακῶν ἐπίληθον ἀπάντων,

κατὰ τὸν ποιητήν, καὶ τὸν τε ἑαυτοῦ ξενοδόχον ἄγχι-  
τον θανάτου ἔρρυσατο καὶ τὸν νεανίαν ἀνδροφονίας.  
Ἴστορεῖται δ' οὗτος τῶν Ἐμπεδοκλέους γνωρίμων  
δοκιμώτατος ἔκτοτε γενέσθαι. (114) Ἐτι τοινύν σύμ-  
55 παν τὸ Πυθαγορικὸν διδασκαλεῖον τὴν λεγομένην ἐξάρ-  
τυσιν καὶ συναρμογὴν καὶ ἐπαρφὰν ἐποιεῖται μέλει τισιν  
ἐπιτηδείοις εἰς τὰ ἐναντία πάθη περιάγον χρησίμως  
τὰς τῆς ψυχῆς διαθέσεις. Ἐπί τε γάρ εὐνάς τρεπόμενοι

multas sacras naturalesque rationes. Atque alia his si-  
milia constituit, per alimenta homines ad virtutem ducere  
exorsus.

XXV. (110) Arbitrabantur et musicam, si quis recte ea  
uteretur, plurimum conferre ad sanitatem. Solebat enim  
non perfuntorie usurpare talem *catharsin*, quo nomine  
medicinam musicas ope adhibitam appellabat. Instituebat  
autem circa vernum tempus hujusmodi modulationem.  
Quendam lyra ludentem in medio collocabat, eumque cir-  
cumsidebant cantandi periti, et prout ille lyram pulsabat,  
ita concinebant pœanas quosdam, quibus animo oblectari,  
sterique concinni et bene compositi videbantur. (111) Verum  
et alio tempore musicam medicinæ loco adhibebant: erant  
enim cantus quidam ad sanandos animi affectus facti et  
contra tristitiam pectorisque morsus velut præsentissima  
remedia inventi, rursusque alii contra iram et indignatio-  
nem et contra omnes animæ perturbationes, suppeditebat  
etiam aliud quodpiam adversus cupiditates modulationis  
genus. Interdum et saltationes instituebant, pro instrumento  
vero lyra utebantur: tibias enim molle quid et pompa ac-  
commmodatum liberisque hominibus indignum putabat re-  
sonare. Utebantur etiam Homeri et Hesiodi selectis ad ani-  
mos emendandos versibus. (112) Fertur etiam Pythagoras  
aliquando spondaico cantu per tibicinem extinxisse Tauro-  
menitæ adolescentis ebrii rabiem, qui noctu commissabundus  
ad amicam irruere, vestibuloque ædium propter riva-  
lem, qui intus erat, jam parabat ignem subhicere. Phrygio  
quippe cantu ad hoc accensus et incitatus erat. Sed Pytha-  
goras, intempsa nocte tum forte astronomiæ vacans,  
inhibitio cantu illo tibicinem monuit, ut spondaicum in-  
flaret, quo adolescentis sine mora sibi redditus modeste do-  
mum rediit, quum paullo ante ne tantillum quidem se con-  
tinuisse, immo prorsus nullam ejus castigationem admisi-  
set, et Pythagoram insuper sibi occurrentem in malam rem  
abire jussisset. (113) Empedocles vero, quum juvenis qui-  
dam jam stricto gladio in hospitem ejus Anchitum, qui  
judex publice lectus patrem suum ad mortem condemnata-  
verat, irrueret, et ira doloreque perturbatus condemnato-  
rem patris sui tanquam homicidam obtruncare vellet, mu-  
tatis modulis confessim exorsus est illud poetæ,

*Nepenthes, sine felle, malis medicinae cunctis,*

atque ita hospitem suum Anchitum a morte et juvenem  
a cede defendit. Isque exinde inter Empedoclis discipulos  
clarissimus suisse traditur. (114) Præterea tota Pythagora-  
schola illam quam vocabant *exartysin* (adaptationem) et  
*synarmogan* (concinnitatem) et *epaphan* (attactum) idoneis  
quibusdam carminibus efficiebat, animique habitudi-  
nem in contrarios affectus utiliter traducebat. Nam cubitum

τῶν μεθ' ἡμέραν ταραχῶν καὶ περιηγημάτων ἔχειά-  
θαιρον τὰς διανοίας ὡδῖτις τισι καὶ μελῶν ίδιώμασι  
καὶ ξύγους παρεσκευάζον ἑαυτοῖς ἐκ τούτου καὶ ὀλι-  
γονέρους τε καὶ εὐνούρους τοὺς ὑπνους, ἔξανιστά-  
μενοί τε τῆς κοίτης νωχείας πάλιν καὶ κάρον δι' ἀλ-  
λοτρόπων ἀπηλλάσσοντο ἀσμάτων. \*Ἐστι δὲ καὶ ὅτε  
ἄνευ λέξεως μελισμάτων ὅπου \* τε καὶ πάθη καὶ νο-  
σήματά τινα ἀργυτάζον, ὃς φασι, ἐπέδοντες ὡς ἀλη-  
θῶς, καὶ εἰκὸς ἐντεῦθεν ποθεν τούνουμα τοῦτο εἰς μέσον  
παρεληλυθέναι τὸ τῆς ἐπικῆδες. Οὕτω μὲν οὖν πο-  
λυωφελεστάτην κατεστήσατο Πυθαγόρας τὴν διὰ τῆς  
μουσικῆς τῶν ἀνθρωπίνων ἥθον τε καὶ βίων ἐπανόρ-  
θωσιν.

**XXVI.** (115) Ἐπει δὲ ἐνταῦθα γεγόναμεν ἀφηγού-  
μενοι τὴν Πυθαγόρου παιδευτικὴν σοφίαν, οὐ χείρον  
καὶ τὸ τούτου παρακείμενον ἐφεῖται εἰπεῖν, δπως ἔξεῦρε  
τὴν ἀρμονικὴν ἐπιστήμην καὶ τοὺς ἀρμονικοὺς λόγους.  
Ἀρξώμεθα δὲ μικρὸν ἀνωθεν. Ἐν φροντίδι ποτὲ καὶ  
διαλογισμῷ συντεταμένῳ ὑπάρχων, εἰς ἣρα δύνατο τῇ  
αὐτῷ βοηθείᾳν τινα ὀργανικὴν ἐπινοῆσαι παγίαν καὶ  
ἀπαραλόγιστον, οἷαν ἡ μὲν ὅψις διὰ τοῦ διαβήτου καὶ  
διὰ τοῦ κανόνος ἢ νῆστις διὰ διόπτρας ἔχει, ἡ δ' ἀρχὴ  
διὰ τοῦ λυγοῦ ἢ σίδε τῆς τῶν μέτρων ἐπινοίας, παρά  
τι χαλκοτυπεῖον περιπατῶν ἔκ τινος διαιμονίου συντε-  
γίας ἐπήκουσε φαιστήρων σίδηρον ἐπ' ἄχμονι φαιόντων  
καὶ τοὺς ἤχους παραμική πρὸς ἀλλήλους ἀποδιδόντων,  
πλὴν μιᾶς συζυγίας. Ἐπεγίνωσκε δ' ἐν αὐτοῖς τὴν τε  
διὰ πασῶν, τὴν τε διὰ πέντε καὶ τὴν διὰ τεσσάρων συν-  
ῳδίαν, τὴν δὲ μεταζύγητη τῆς τε διὰ τεσσάρων καὶ  
τοῦ τῆς διὰ πέντε σύμμωνον μὲν ἕντρα αὐτὴν καθ' ἔαυτήν,  
συμπληρωτικὴν δὲ ἄλλως τῆς ἐν αὐτοῖς μειζονότητος.  
(116) Ἀσμενος δή, ὃς κατὰ θεὸν ἀνυμένης αὐτῷ τῆς  
προθέσεως, εἰσέδραμεν εἰς τὸ χαλκεῖον, καὶ ποικιλαῖς  
πειρίαις παρὰ τὸν ἐν τοῖς φαιστήρσιν ὅχον εὑρῶν τὴν  
διασφράν τοῦ ἤχου, ἀλλ' οὐ παρὰ τὴν τῶν φαιόντων  
βίαν, οὔτε παρὰ τὰ σχήματα τῶν σφυρῶν, οὐδὲ παρὰ  
τὴν τοῦ ἐλαυνομένου σιδήρου μετάθεσιν, σηκώματα  
ἀκριβῶν ἐκλαβὼν καὶ δοκὸς ἴσωτάτας τῶν φαιστήρων  
πρὸς ἑαυτὸν ἀπηλλάγη, καὶ ἀπὸ τίνος ἐνὸς πασάλου  
εἰς διαγωνίου ἐμπετηγότος τοῖς τοίχοις, ἵνα μὴ κάκ τού-  
του διαφορό τις ὑποφείνηται ἢ δλῶς ὑπονοῆται πασ-  
σάλων ἰδιαζόντων παραλλαγή, ἀπαρτήσας τέσσαρας  
χορδὲς δύοιλοις καὶ ἴσοκώλοις, ἴσοπαχεῖς τε καὶ ἴσο-  
στρόφους, ἐκάστην ἐφ' ἐκάστης ἔξηρτησεν, δλκὴν προσ-  
δήσας ἐκ τοῦ κάτωθεν μέρους, τὸ δὲ μήκη τῶν χορ-  
δῶν μητρανθέσαμενος ἐκ παντὸς ἴσαιάτατα. (117) Εἴτα  
χρούων ἀνὰ δύο δάμα χορδὰς ἐναλλάξεις συμφωνίας εὐ-  
ρισκε τὰς προλεχθείσας, ἀλλην ἐν ἀλλῃ συζυγίᾳ. Τὴν  
μὲν γάρ ὑπὸ τοῦ μεγίστου ἐξαρτήματος τεινομένην  
εἰς πρὸς τὴν ὑπὸ τοῦ μικροτάτου διὰ πασῶν φθεγγομένην  
κατελάμβανεν· ἦν δὲ ἡ μὲν δώδεκα τινῶν δλκῶν, ἡ δὲ  
εἰς, ἐν διπλασίᾳ δὲ λόγῳ ἀπέφανε τὴν διὰ πασῶν,  
δπερ καὶ αὐτὰ τὰ βάρη ὑπέραπινε· τὴν δ' αὖ μεγίστην  
πρὸς τὴν παρὰ τὴν μικροτάτην, οὔσαν δικτὺ ὁλκῶν, διὰ

eunes odis quibusdam et peculiaribus cantibus mentes re-  
purgabant a diurnis perturbationibus atque strepitū, atque ita  
tranquillam et paucis bonisque somniis instructam quietem  
sibi conciliabant, surgentes autem de lecto alterius moduli  
cantibus a torpore soporisque gravedine sese liberabant. In-  
terdum etiam absque canticis sola voce affectus et morbos  
persanabant, vere, ut aiunt, incantantes, indeque proba-  
bile est, *epodes* (incantationis) nomen in usum venisse.  
Hoc igitur modo Pythagoras utilissimam humanæ vitæ  
morumque emendationem musicæ beneficio effecit.

**XXVI.** (115) Quoniam vero hactenus progressi sumus in  
enarranda sapientia, qua Pythagoras in educando usus est,  
non alienum fuerit etiam id quod hinc proprius abest com-  
memorare, quo modo scientiam harmonicam ejusque rationes invenerit, idque paullo altius repetamus. Meditans  
aliquando et intentiore cogitatione volvens, annon auditui  
firmum et errori non obnoxium adjumentum instrumento  
quopiam afferre posset, quale visui circinus est et regula,  
vel certe dioptra, tactui autem trutina aut mensurarum  
inventio, ac fabri ferrarii officinam præteriens divino quo-  
dam motu malleos exaudivit super incude ferrum contun-  
dentes sonosque congruos inter se reddentes, una tantum  
excepta copulatione. Agnoscebat enim in illis et diapasor  
et diapente et diatessaron concentum, illud vero dia-  
tessaron et diapente intervallum per se quidem symphoniae  
expers esse vidit, ceteroquin autem majorem concentum  
supplere. (116) Lætus itaque, quod propositum sibi non  
sine divina ope succederet, in officinam se conjicit et variis  
experimentis cognoscit, soni diversitatem nasci ex malleo-  
rum gravitate, non vero ex cudentium viribus, neque ex si-  
guris malleorum, neque ex ferri quod cudebatur conver-  
sione. Sumptis igitur mensuris et malleorum ponderibus  
quam accuratissime domum rediit, unicumque paxillum  
parietibus ab angulo ad angulum infixit, ne, si plures es-  
sent, aliqua se inde exsereret diversitas, aut paxillorum  
discriminis omnino suspicio oriretur: dein ab hoc paxillo  
quattuor chordas ejusdem materiæ et magnitudinis crassi-  
tieique et æqualiter contortas ex ordine suspendit, iisque  
pondera ab insima parte alligavit, chordarum longitudine  
prorsus exæquata. (117) Tum binas simul chordas alterna-  
tim pulsans dictam consonantiam inveniebat, aliam in  
alia conjunctione. Nam eam quæ maximo pondere tendebat-  
tur, cum ea, quæ minimum habebat pondus, simul pulsam  
diapason resonare deprehendebat: erat autem altera harum  
ponderum duodecim, altera vero sex, ideoque ratione dupli  
efficiebatur concentus diapason dictus, ut vel ipsa pondera  
indicabant; porro maximum illam ad minimæ proximam,

πέντε συμφωνῶσαν, ἐνθεν ταῦτην ἀπέφαινεν ἐν ἡμιολίῳ λόγῳ, ἐν ὧ περ καὶ αἱ διλκαὶ ὑπῆρχον πρὸς ἀλλήλας· πρὸς δὲ τὴν μετ' αὐτὴν μὲν τῷ βάρει, τῶν δὲ λοιπῶν μεῖζον, ἐννέα σταθμῶν ὑπάρχουσαν, τὴν διὰ τεσσάρων, ἀναλόγως τοῖς βρίθεσι, καὶ ταῦτην δὴ ἐπιτρίτον ἀντικρυς κατελαμβάνετο, ἡμιολίαν τὴν αὐτὴν φύσει ὑπάρχουσαν τῆς μικροτάτης. (118) Τὰ γάρ ἐννέα πρὸς τὰ δέξια οὖτα ἔχει, διπέρ τρόπον ἡ μεγίστη πρὸς τὴν παρὰ τὴν μικράν, τὸ δὲ δικτώ πρὸς μὲν τὴν τὰ δέξια ἔχουσαν ἐν ἐπιτρίτῳ λόγῳ ἦν, πρὸς δὲ τὴν τὰ δώδεκα ἐν ἡμιολίῳ. Τὸ δέρα μεταξὺ τῆς διὰ πέντε καὶ τῆς διὰ τεσσάρων, ὃ ὑπερέχει ἡ διὰ πέντε τῆς διὰ τεσσάρων, ἔτεσιντο ἐν ἐπογδῷ λόγῳ ὑπάρχειν, ἐν ὧ περ τὰ ἐννέα πρὸς τὰ δικτώ, ἑκατέρως τε ἡ διὰ πασῶν σύστημα ἡλέγετο, τοιοῦτος ἡ διὰ τεσσάρων καὶ ἡ διὰ πέντε ἐν συναφῇ, ὡς διπλάσιος λόγος ἡμιολίου τε καὶ ἐπιτρίτου, οἷον δώδεκα, δικτώ, δέξι, ἡ ἀναστρόφως τῆς διὰ τεσσάρων καὶ τῆς διὰ πέντε, ὡς τὸ διπλάσιον ἐπιτρίτου τε αἱ ἡμιολίου, οἷον δώδεκα, ἐννέα, δέξι, ἐν τάξει τοιαύτῃ της διὰ πασῶν. Τυλώσας δὲ καὶ τὴν χειρα καὶ τὴν ἀκοήν πρὸς τὰ δικαρτήματα καὶ βεβιώσας πρὸς αὐτὰ τὸν τῶν σχέσεων λόγον, μετέθηκεν εὐμηχάνως τὴν μὲν τῶν χορδῶν κοινὴν ἀπόδεσιν, τὴν ἐκ τοῦ διαγωνίου πασσάλου, εἰς τὸν τοῦ δργάνου βατῆρα, διν χορδόστον ὡνόματε, τὴν δὲ ποστὴν ἐπίτασιν ἀναλόγως τοῖς βάρεσιν εἰς τὴν τῶν κολλάδων ἁνωθεν σύμμετρον περιστροφήν. (119) Ἐπιβάθρη τε ταῦτη χρώμενος καὶ οἶον ἀνεξαπατήτω γνώμονι εἰς ποικίλα δργανα τὴν πεῖραν λοιπὸν ἔξετενε, λεχίδων τε κροῦσιν καὶ αὐλοὺς καὶ σύριγγας τοι καὶ μονόχορδα καὶ τρίγωνα καὶ τὰ παραπλήσια, καὶ σύμφωνον εὑρισκεν ἐν ἀπασι καὶ ἀπαράλλακτον τὴν δι' ἀριθμοῦ κατάληψιν. Ὄνομάτας δὲ ἐπάντιν μὲν τὸν τοῦ δέξιον δριθμοῦ κοινωνῶντα φθόγγον, μέσην δὲ τὸν τοῦ δικτώ, ἐπιτρίτον αὐτοῦ τυγχάνοντα, παραμέσην δὲ τὸν τοῦ ἐννέα, τόνῳ τοῦ μέσου διέντερον καὶ δὴ καὶ ἐπόγδοον, νήτην δὲ τὸν τοῦ δώδεκα, καὶ τὰς μεταξύτητας κατὰ τὸ διατονικὸν γένος συναναπληρώσας φθόγγοις ἀναλόγοις, οὖτας τὴν δικτάχορδον ἀριθμοῖς συμφώνοις ὑπέταξε, διπλασίω, ἡμιολίῳ, ἐπιτρίτῳ, καὶ τῇ τούτων διαφορῷ, ἐπογδῷ. (120) Τὴν δὲ πρόβασιν ἀνάγκη τινὶ φυσικῇ ἀπὸ τοῦ βαρυτάτου ἐπὶ τὸ διέντερον κατὰ τοῦτο τὸ διατονικὸν γένος οὖτας εὑρισκε. Τὸ γάρ χρωματικὸν καὶ ἐναρμόνιον γένος αὐθίς ποτε ἐκ τοῦ αὐτοῦ ἴετράνωσεν, ὡς ἐνέσται ποτὲ δεῖξαι, διπέρ την περὶ μουσικῆς λέγωμεν. Ἀλλὰ τὸ γε διατονικὸν γένος τούτο τοὺς βαθμοὺς καὶ τὰς προσδούσας τοιαύτας τινὰς φυσικὰς ἔχειν φάνεται, ἡμιτόνιον, εἴτα τόνον, εἴτα τόνον, καὶ τοῦτ' ἔστι διὰ τεσσάρων, σύστημα δύο τόνων καὶ τοῦ λεγμένου ἡμιτονίου. Εἴτα προσληφθέντος ἄλλου τόνου, διο τούτεστι τοῦ μεσεμβληθέντος, ἡ διὰ πέντε γίνεται, σύστημα τριῶν τόνων καὶ ἡμιτονίου ὑπάρχουσα. Εἴθ' ἔτις τούτῳ ἡμιτόνιον καὶ τόνος καὶ τόνος, ἀλλο διὰ τεσσάρων, τούτεστιν ἐπιτρίτον. "Ωστε ἐν μὲν τῇ ἀρχαιοτέρᾳ τῇ ἐπταχόρδῳ πάντας ἐκ τοῦ βαρυτάτου τοὺς

octo pondere habentem, diapente consonare observabat, ideoque judicabat, eas habere hemiolii inter se rationem, in qua et pondera illa erant erga se invicem; ad eam autem, quae pondere proxima, reliquisque major, novem habebat libras appensas, ex proportione ponderum diatessaron efficeret: hujus igitur proportionem epitritam comprehendebat, ejusdemque ad minimam hemiolii rationem. (118) Nam novem ad sex ita se habent, quemadmodum maxima ad minimae proximam, octo vero erant ad eam, quae sex ponderum erat, in epitriti, ad eam, quae duodecim, in hemiolii ratione. Itaque intervallum, quo diapente excedit diatessaron, confirmabatur esse in epogdoī, i. e. in qua novem ad octo, proportione, et utrinque probabatur, concentum diapason esse contextum quandam, junctis diapente et diatessaron, quemadmodum ratio dupli composita est ex ratione hemiolii et epitriti, ut duodecim, octo, sex, sive vice versa diatessaron et diapente, quemadmodum ratio dupli ex ratione epitriti et hemiolii, ut duodecim, novem, sex, hoc ordine concentus diapason. Quum autem et manum et auditum ad ponderum usum confirmasset atque secundum ea rationem proportionum stabilivisset, facilis artificio communem illam chordarum e paxillo ab angulo ad angulum infixo relligationem ad limen instrumenti transstulit, quod *chordotonon* vocabat, intentionis vero gradum ad clavos superiores ita, ut eos secundum ponderum proportionem converteret. (119) Atque hoc fundamento et quasi insallibili norma usus ad varia deinceps organa experimentum adhibebat, nempe ad pulsationem patellarum et tibias et fistulas et monochorda et trigona et similia, atque in his omnibus deprehendit consonam et immutabilem illam per numeros comprehensionem. Nominabat autem hypaten sonum numeri senarii participem, mesen octonarii, qui illius est epitritus, parmesen novenarii, tono mese acutiorem atque illius epogdoon, neten denique duodenarii, quumque juxta genus diatonicum interjecta spatia proportionatis sonis expluisse, octochordum consonis numeris ordinavit, duplo, hemiolio, epitrito, et qui hos distinguit, epogdoon. (120) Atque hac quidem ratione progressum, naturali quadam necessitate a gravissimo ad acutissimum tendentem, juxta diatonicum illud genus invenit. Chromaticum enim et harmonicum genus itidem ex eodem illustravit, ut aliquando, quum *de musica tractaturi* sumus, demonstrare licebit. Ceterum diatonicum hocce genus a natura tales videtur gradus et processus habere, semitonium, deinde tonus et deinde tonus, hoc est diatessaron, compositione duorum tonorum et semitonii. Mox assumpto alio tono, i. e. insititio illo, fit diapente, systema trium tonorum et semitonii. Deinceps post illud semitonium et tonus et tonus, diatessaron aliud, hoc est epitriton. Adeoque in veteri quidem heptachordo omnes toni

ἀπ' ἀλλήλων τετάρτους τὴν διὰ τεσσάρων ἀλλήλοις δι' οὐ συμφωνεῖν, τοῦ ἡμιτονίου κατὰ μετάβασιν τῶν τε πρώτην καὶ τὴν μέσην καὶ τὴν τρίτην χώραν μεταλλαμβάνοντος κατὰ τὸ τετράχορδον. (121) Ἐν δὲ τῇ Πυθαγορικῇ τῇ διταχόρῳ, ἡτοι κατὰ συναφὴν συστήματι ὑπάρχουσῃ τετραχόρῳ δύο τε καὶ πενταχόρῳ, ἢ κατὰ διάζευξιν δυοῖν τετραχόρων τῶν χωρίζουμένων ἀπ' ἀλλήλων, ἀπὸ τῆς βαρυτάτης ή προφωρήσις ὑπάρχει, ὥστε τοὺς ἀπ' ἀλλήλων πέμπτους πάντας φθόγγους τὴν διὰ πέντε συμφωνεῖν ἀλλήλοις, τοῦ ἡμιτονίου προβάδην εἰς τέσσαρας χώρας μεταβαίνοντος, πρώτην, δευτέραν, τρίτην, τετάρτην. Οὕτω μὲν οὖν τὴν μουσικὴν εὑρεῖν λέγεται, καὶ συστησάμενος αὐτὴν παρέδωκε τοῖς ὑπηρχοῖς ἐπὶ πάντα τὰ κάλλιστα.

15     XXVII. (122) Ἐπαινεῖται δὲ πολλὰ καὶ τῶν κατὰ τὰς πολιτείας πραχθέντων ὑπὸ τῶν ἔκεινων πλησιασάντων. Φασὶ γάρ, ἐμπεισούσης μέν ποτε παρὰ τοῖς Κροτωνιάταις ὅρμης πολυτελεῖς ποιεῖσθαι τὰς ἔχφορδες καὶ ταφάς, εἴπειν τινα πρὸς τὸν δῆμον ἐξ αὐτῶν, ὅτι Πυθαγόρος διεῖσιντος ἀκούσειν ὑπὲρ τῶν θείων, ὃς οἱ μὲν Ὀλύμπιοι ταῖς τῶν θυόντων διαθέσειν, οὐ τῷ τῶν θυομένων πλήθει προσέχουσιν, οἱ δὲ χρόνοι τούναντίον ὃς ἀν ἐλαττόνων κληρονομοῦντες τοῖς κώμοις καὶ θρήνοις, ἔτι δὲ ταῖς συνεγένεις χοαῖς καὶ τοῖς ἐπιφορήμασι καὶ τοῖς μετὰ μεγάλης δαπάνης ἐναγισμοῖς χάρουσιν. (123) Οθεν διὰ τὴν προαιρέσιν τῆς ὑποδοχῆς Πλούτωνα καλεῖσθαι τὸν ἄδην, καὶ τοὺς μὲν ἀφελῶς αὐτὸν τιμῶντας ἔσαν κατὰ τὸν ἄνω κόσμον χρονίους, ἀπὸ δὲ τῶν ἐκκεχυμένων πρὸς τὰ πένθη διακειμένων δεῖ τινα καὶ τάγειν ἔνεκα τοῦ τυγχάνειν τιμῶν τῶν ἐπὶ τῆς μνήμης γινομένων. Ἐκ δὲ τῆς συμβούλας ταύτης ὑποδηψίν ἐμποιήσας τοῖς ἀκούσοισι, ὅτι μετριάσοντες μὲν ἐν τοῖς ἀτυχήμασι τὴν ἴδιαν σωτηρίαν διατηροῦσιν, ὑπερβάλλοντες δὲ τοῖς ἀναλώμασιν διπαντες πρὸ μοίρας καταστρέψουσιν. (124) Ἔτερον δὲ διαίτητὴν γενόμενὸν τίνος ἀμαρτύρου πράγματος, χωρὶς μεθ' ἔκατέρου τῶν ἀντιδίκων ὁδῷ προάγοντα κατὰ μνῆμά τι στάντα φῆσαι, τὸν ἐν τούτῳ κείμενον ἐπιεικῆ καθ' ὑπερβολὴν γενέσθαι. Τῶν δὲ ἀντιδίκων τοῦ μὲν πολλὰ κάγαδα καὶ τευχαμένου τῷ τετελευτήκοιτο, τοῦ δὲ εἰπόντος, « μή τι οὖν αὐτῷ πλειόνεστι; » καταδεξάσαι, καὶ παρεσγῆσθαι τίνα βοτὴν εἰς τὴν πίστιν τὸν ἐγκωμιάσαντα τὴν καλοκαγαθίαν. Ἀλλον δὲ διαίταν εἰλήφοτα μεγάλην, ἔκατέρον πείσαντα τῶν ἐπιτρεψάντων, τὸν μὲν ἀποτίσαι τέσσαρα τάλαντα, τὸν δὲ λαβεῖν δύο, καταγγνωνται τρία, καὶ δόξαι δεδωκέναι τάλαντον ἔκατέρω. Θεμένων δέ τινων ἐπὶ κακουργίᾳ πρὸς γύναιον τῶν ἀγροτῶν ιμάτιον καὶ διειπομένων μηδ διδόνατο θατέρων, μέχρις ἂν ἀμφότεροι παρῶσι, μετὰ δὲ ταῦτα παραλογισμένων καὶ σὸν δγγύη τὸ κοινὸν λαβόντος θατέρου καὶ φῆσαντος οὐγκεχωρηκέναι τὸν ἔτερον, εἴτα συκοφαντοῦντος ἔτερου τοῦ μὴ προσελθόντος καὶ τὴν ἐξ ἀρχῆς διολογίαν τοῖς ἀργουσιν ἐμφρενίζοντος, ἔκδεξάμενος τῶν Ιουθαγορείων τινὰ φῆσαι, τὰ συγκείμενα τὴν ἄνθρω-

inde a gravissimo quarti a se invicem diatessaron secum ubique consonant, semitonio per transitionem quandam in primam, secundam et tertiam tetrachordi regionem sese extende. (121) In Pythagorica vero octachordo, quæ, si conjungas, sistema quoddam est tetrachordi et pentachordi, si vero disjungas, duarum tetrachordorum a se invicem separatarum, a gravissimo fiet processus, ut quinti a se invicem distantes omnes soni diapente inter se consonent, semitonio in quatuor regiones successive progrediente, in primam, secundam, tertiam, quartam. Sic igitur musicam invenisse fertur, quam in artis formam redactam discipulis ad pulcherrima quæque administram tradidit.

XXVII. (122) Multa etiam ab ejus discipulis in re publica administranda gesta laudibus effertuntur. Quum enim aliquando Crotoniatis cepisset impetus sumptuosa funera sepulturasque faciendi, quidam, ut aiunt, ex illorum numero ad populum dixit, se audivisse ex Pythagora, quum de rebus divinis dissenseret, sacrificantium affectum, non sacrificiorum numerum Olympios spectare, inferos vero e contrario quasi sorte minores commessionibus et ejulatione, continuisque libationibus et donis et sumptuosis inferis gaudere. (123) Quare Orcum, quod splendide excipi velit, Plutonem vocari, eumque, qui tenues sibi honores offerant, hos pati in superiore mundo vivere diutius, ex iis vero, qui in funera profusos sumptus faciant, semper quendam deducere, ut honoribus in memoriam fieri solitis fruatur. Quo consilio effecit, ut opinarentur Crotoniatae, se suam salutem tueri, si in adversis medium tenerent, sin modum sumptibus excederent, omnes præmaturo fato morituros. (124) Alius, quum litis, que teste carebat, arbitri factus seorsim cum utroque litigante in via procedens ad quoddam monumentum substitisset, ille, inquit, qui in hoc monumento situs est, summa æquitate prædictus fuit. Ad hæc alter litigator multa mortuo bona appræcatus est, alter vero, num igitur, inquit, inde locupletior factus est? Hunc itaque suspectum eum habuisse, illum vero, qui honestatem laudavisset, haud leve momentum ad fidem sibi habendam attulisse. Alius, magnæ rei arbitrio suscepto, utrique compromittentium auctor fuit, alteri, ut quattuor talenta solveret, alteri, ut duo acciperet, dein reum tribus talentis damnavit, atque ita visus est unicuique talentum donâsse. Quidam apud mulierculam circumforaneam vestem fraudulenter deposuerant, et ne alteri eam redderet, priusquam ambo præsentes adesserent, vetuerant. Deinde composita fraude alter id, quod utriusque commune erat, sumpsit facta sponsione, id cum bona alterius venia dicens fieri, alter vero, qui non adfuerat, sycophantia usus ad judicem pactum ab initio inter ipsos inlatum detulit. Quibus ad se relatis quidam Pythagoreorum dixit, mulierem satisfac-

πον ποιησειν, ἀν ἀμφότεροι παρῶσιν. (126) Ἄλλων δέ τινων ἐν ἴσχυρῷ μὲν φιλίᾳ πρὸς ἀλλήλους εἶναι δοκούντων, εἰς σωπωμένην δὲ ὑποψίαν διά τινα τῶν καλα-  
κεύοντων τὸν ἔτερον ἐμπεπτωκότων, δις εἴρηκε πρὸς  
τοὺν, ὡς τῆς γυναικὸς ὑπὸ θατέρου διεφθαρμένης, ἀπὸ τούχης εἰσελθόντα τὸν Πυθαγόρειον εἰς χαλκεῖον, ἐπεὶ δεξαὶ ἡκονημένην μάχαιραν δο νομίζων ἀδικεῖσθαι τῷ τεχνίτῃ προσέκοπτεν ὡς οὐχ ἰκανῶς ἡκονηχότι, καθ' ὑπονοήσαντα, ποιεῖσθαι τὴν παρασκευὴν αὐτὸν  
10 ἐπὶ τὸν διαβεβλημένον αὐτην τοι « Ἐφη » τῶν ἄλλων ἐστίν ἀπάντων δῦντερα, πλὴν διαβολῆς ». Καὶ τοῦτ' εἰ-  
πόντα ποιῆσαι τὸν ἀνθρώπον ἐπιστῆσαι τὴν διάνοιαν καὶ μὴ προπετῶσεις τὸν φίλον, δις ἔνδον ἦν προκεκλη-  
μένος, ἔξαμπτειν. (126) Ἔτερον δὲ ξένου τινὸς ἐκβε-  
15 βληκότος ἐν Ἀσκληπιείῳ ζώντων χρυσίον ἔχουσαν, καὶ τῶν μὲν νόμων τὸ πεοὸν ἐπὶ τὴν γῆν κωλύοντων ἀναι-  
ρεῖσθαι, τοῦ δὲ ξένου σχετλιάζοντας, κελεῦσαι τὸ μὲν  
χρυσίον ἔξελειν, διὰ τοῦ πεπτωκεν ἐπὶ τὴν γῆν, τὴν δὲ  
ζώνην ἔσθν· εἶναι γάρ ταύτην ἐπὶ τῆς γῆς. Καὶ τὸ μετα-  
20 φερόμενον δὲ ὑπὸ τῶν ἀγνοούντων εἰς τόπους ἔτερους  
ἐν Κροτώνι γενέσθαι λέγουσιν, ὅτι θέας οὔσης καὶ γε-  
ράνων ὑπὲρ τοῦ θεάτρου φερομένων, εἰπόντος τινὸς τῶν  
καταπεπλευκότων πρὸς τὸ πλησίον καθήμενον, « δράς  
25 ταῦς μάρτυρας » ἐπακούσας τις τῶν Πυθαγορείων ἥγα-  
νον αὐτὸν ἐπὶ τὰ τῶν χιλίων ἀρχεῖον, ὑπολαβόν, ὅπερ  
ἐλέγχοντες τοὺς παῖδας ἔκευρον, καταπεποντικέναι τι-  
νάς τὰς ὑπὲρ τῆς νείλος πετομένας γεράνους μαρτυρου-  
μένους. Καὶ πρὸς ἀλλήλους δὲ τινες, δις ἔσθε, διενε-  
γένετον, νεωστὶ πρὸς Πυθαγόραν παραβάλοντες, ὡς  
30 δὲ νεώτερος προσελθὼν διελύετο, φάσκων οὐ δεῖν  
ἐφ' ἔτερον ποιεῖσθαι τὴν ἀναφοράν, ἀλλ' ἐν αὐτοῖς ἐπι-  
λαθέσθαι τῆς ὀργῆς, τὰ μὲν ἄλλα αὐτῷ φῆσαι τὸν  
ἀκούοντα διαφερόντως ἀρέσκειν, αἰσχύνεσθαι δὲ ἐπὶ  
τῷ πρεσβεύτερος ὀντος μὴ πρότερος αὐτὸς προσελθεῖν.  
35 (127) \* Καὶ ταῦτα πρὸς ἔκεινον εἶπεν « καὶ τὰ περὶ  
Φινίτιαν καὶ Δάμανα, περὶ τε Πλάτανα καὶ Ἀρχύταν,  
καὶ τὰ περὶ Κλεινίαν καὶ Πρόρον. Χωρὶς τούτων τού-  
των Εὔδούλου τοῦ Μεσσηνίου πλέοντος εἰς οἶκον καὶ  
ληφθέντος ὑπὸ Τυρρηνῶν καὶ καταχθόντος εἰς Τυρρη-  
νίαν, Ναυσίθους δὲ Τυρρηνός, Πυθαγόρειον ὥν, ἐπίγνονος  
αὐτὸν δτι τῶν Πυθαγόρου μαθήτων ἐστιν, ἀφελόμενος  
40 τοὺς ληστὰς μετ' ἀσφαλείας πολλῆς εἰς τὴν Μεσσηνήν  
αὐτὸν κατέστησε. (128) Καρχηδονίων τε πλείους  
ἢ πεντάκις χιλίους ἀνδρας, τοὺς παρ' αὐτοῖς στρατευο-  
μένους, εἰς νῆσον ἔρημον ἀποστέλλειν μελλόντων,  
ἴδων ἐν τούτοις Μιλτιάδης δὲ Καρυγγόδονις Ποσείδην  
45 Ἀργείον, ἀμφότεροι τῶν Πυθαγορείων ὄντες, προσελ-  
θῶν αὐτῷ τὴν μὲν πρᾶξιν τὴν ἐσομένην οὐκ ἐδήλωσεν,  
ἥξιον δὲ αὐτὸν εἰς τὴν ίδιαν ἀποτρέψειν τὴν ταχύτητα,  
50 καὶ παραπλεούσης νεώς συνέστησεν αὐτὸν ἐφόδιον προσ-  
θεῖς καὶ τὸν ἄνδρα διέσωσεν ἐκ τῶν κινδύνων. « Ολας δὲ  
πάσας εἰ τις λέγοι τὰς γεγενημένας δμιλίας τοῖς Πυθα-  
γορείοις πρὸς ἀλλήλους, ὑπεραίροι διν τῷ μήκει τὸν  
δύκον καὶ τὸν καιρὸν τοῦ συγγράμματος. (129) Μέτειψι:

turam pacto convento, quum ambo adluerint. (125) Qui-  
dam alii, qui firma esse videbantur juncti amicitia, in tacitam  
suspicionem per adulatorem quandam delapsi sunt, qui alteri  
eorum uxorem suam ab altero corruptam esse indicaverat.  
Forte itaque Pythagoreus ingressus officinam fabri aerarii,  
ubi ille, qui se injurya putabat affectum, fabro monstrans  
gladium succensebat, quasi non satis acuisset, hunc in eum,  
in quem conjectum erat crimen, comparari suspicatus « hic  
tibi » inquit « reliquis omnibus acutior est, excepta calum-  
nia ». Quo dicto effecit, ut homo ille mentem adverteret, nec  
temere in amicum, qui intus erat antea accitus, peccaret.  
(126) Alius, quum peregrino cuidam in templo Esculapii  
zona auro plena excidisset, lex autem quod lapsum esset  
humo tollere prohiberet, peregrino indignanti, ut aurum,  
quod humi non cecidisset, eximeret, zonam vero relinqu-  
ret praecepit. Quin etiam id, quod ignari in alia loca trans-  
ferunt, Crotone accidisse aiunt : scilicet in ludis publicis  
quum grues theatrum supervolarent, et quidam ex iis, qui  
in portum appulerant, ad eum, qui prope sedebat, diceret  
« viden' testes? » id audiens aliquis Pythagoreus eos in  
mille virorum curiam abstraxit, suspicatus, id quod in tor-  
menta datis servis deprehenderunt, quosdam ab iis in mare  
esse demersos, qui grues navem supervolitantes testes ap-  
pellassent. Quum etiam quidam inter se, ut aiunt, recens  
ad Pythagoram delati dissiderent, et is, qui junior erat, al-  
terum adiisset in gratiam cum eo redditurus, dicens non ad  
alium arbitrum referri litem, sed ipsos inter se iras obli-  
visci debere, respondit alter sibi quidem ceteroquin hoc  
placere vehementer, eo vero se solum erubescere, quod,  
quum aetate senior esset, non etiam prior ipsum adiisset.  
(127) Liceret et alia hujus generis adjicere, ut quae de Phin-  
itia et Damone, et quae de Platone et Archyta, quaeque de  
Clinia et Proro referuntur. His vero missis mentionem  
faciemus Eubuli Messenii, quem, quum domum naviga-  
ret, captum a Tyrrenis et in Tyrrheniam deductum  
Nausithus Tyrrenhus, idemque Pythagoreus, ut Py-  
thagore discipulum agnovit et prædonibus ereptum se-  
cure Messanam deducendum curavit. (128) Quum etiam  
Carthaginenses plus quam quinque millia virorum, qui  
apud ipsos militaverant, in desertam insulam exposituri  
essent, Miltiades Carthaginensis videns inter illos Possi-  
den Argivum (ambo Pythagorei erant) ad eum accedens  
id ipsum quidem, quod agebatur, non aperuit, sed ta-  
men ut quam celerrime in patriam proficisceretur hor-  
tatus est, et navi prælereunti commendatum viatico  
instruxit, virumque hoc modo periculo subduxit. In uni-  
versum autem si quis enarrare omnia vellet Pythagoreo-  
rum inter se commercia, prolixitate orationis justam libri  
temporisque mensuram excederet (129) Quare eo potius

οῦν μᾶλλον ἐπ' ἔκεινα, ως ἡσαν ἔνιοι τῶν Πυθαγορείων πολιτικοὶ καὶ ἀρχικοὶ. Καὶ γάρ νόμους ἐφύλαττον καὶ πόλεις Ἰταλικὰς διώκησάν τινες, ἀποφαντόμενοι μὲν καὶ συμβουλεύοντες τὰ ἀρισταῖς, τὸν ὑπελάμβανον, ἀπε-  
6 γόμενοι δὲ δημοσίων προσόδων. Πολλῶν δὲ γινομένων κατ' αὐτῶν διαχολῶν, δημοκράτεις μέγρι τινὸς ἡ τῶν Πυθαγορείων καλοκαγαθία καὶ ἡ τῶν πόλεων κύνην βούλησις, ὅστ' ὑπὲκτον οἰκονομεῖσθαι βού-  
10 λεσθαι τὰ περὶ τῆς πολιτείας. Ἐν τούτῳ δὲ τῷ χρόνῳ δοκοῦσιν αἱ καλλισταὶ τῶν πολιτεῶν ἐν Ἰταλίᾳ γενέ-  
σθαι καὶ ἐν Σικελίᾳ. (130) Χαρώνδας τε γάρ δικα-  
ναῖος, εἷς εἶναι δοκῶν τῶν ἀρισταῖνον νομοθετῶν, Πυθα-  
γόρειος δὲ, Ζάλευκός τε καὶ Τιμάρης οἱ Λοχροί, δο-  
μαστοὶ γεγενημένοι ἐπὶ νομοθεσίᾳ, Πυθαγόρειοι δέσχαν,  
15 οἵ τε τὰς Ἀργινικὰς πολιτείας σωτήσαντες, τὴν τε γυμνασιαρχικὴν κληρεῖσαν καὶ τὴν ἀπὸ Θεοκλέους δύνα-  
μαζομένην, Πυθαγόρειοι λέγονται εἶναι. Φύτιός τε καὶ  
Θεοκλῆς καὶ Ἐλικάων καὶ Ἀριστοκράτης διήνεγκαν  
ἐπιτηδεύμασι τε καὶ ἔθεσιν, οὓς καὶ αἱ ἐκείνοις τοῖς  
20 τόποις πόλεις κατ' ἔκεινους τοὺς χρόνους ἔγραψαντο.  
“Ολοις δὲ εὑρετὴν αὐτὸν γενέσθαι φασὶ καὶ τῆς πολιτικῆς  
δλῆς παιδείας, εἰπόντα μηδὲν εἰλικρίνες εἶναι τῶν ὄν-  
των πραγμάτων, ἀλλὰ μετέχειν καὶ γῆν πυρὸς καὶ πῦρ  
ὑδατος καὶ πνευμάτων, καὶ κατὰ ταῦτα \* πνεύματος \*  
25 ἔστι καλὸν αἰσχροῦ καὶ δίκαιον ἀδίκου καὶ τάλλα  
κατὰ λόγον τούτωις.” Ἐκ δὲ ταύτης τῆς ὑποθέσεως λαβεῖν  
τὸν λόγον τὴν εἰς ἔκατερον μέρος δρυμήν. Δύο δὲ εἴναι  
κινήσεις καὶ τοῦ σώματος καὶ τῆς ψυχῆς, τὴν μὲν ἄλο-  
γον, τὴν δὲ προαιρετικήν. Πολιτεῖων δὲ γραμμάτες τινας  
30 τοιάσδε τρεῖς συστησάμενον τοῖς ἄκροις ἀλλήλων συμ-  
ψυσσάσις καὶ μίσον δρθῆν γνωνάν ποιούσας, τὴν μὲν  
ἐπίτριτον φύσιν ἔχουσαν, τὴν δὲ πέντε τοιαῦτα δυνα-  
μένην, τὴν δὲ τούτων ἀμφοτέρων ἀνάμεσον. (131) Λο-  
γιζομένων δὲ ἡμῶν τάς τε τῶν γραμμῶν πρὸς ἀλλήλας  
35 συμπτώσεις καὶ τὰς τῶν χωρίων τῶν ὑπὸ τούτων, βελ-  
τίστην ὑποτυποῦσθαι πολιτείας εἰκόνα. Σφρετερίσασθαι  
δὲ τὴν δόξαν Πλάτωνα, λέγοντα φανερῶς ἐν τῇ Πολι-  
τείᾳ, τὸν ἐπίτριτον ἔκεινον πυθμένα, τὸν τῇ πεμπάδι  
συζευγύμενον, καὶ τὰς δύο παρεχόμενον ἀρμονίας.  
40 Τοῦτος δέ φασιν αὐτὸν καὶ τὰς μετριοπαθίας καὶ τὰς  
μεσότητας καὶ τὸ σύν τινι προτηγουμένῳ τῶν ἀγαθῶν  
ἔκαστον εὐδαιμόνια ποιεῖν τὸν βίον, καὶ συλλήβδην  
προσευρεῖν τὴν ἀρεσιν τῶν ἡμετέρων ἀγαθῶν καὶ  
προστέκοντων ἔργων. (132) Ἀπαλλάξαι δὲ λέγεται  
45 τοὺς Κροτωνιάτας καὶ τῶν παλλακίδων καὶ καθόλου  
τῆς πρὸς τὰς ἀνεγγύους γυναικαῖς διμιλίας. Πρὸς Δει-  
νωνῶν γάρ τὴν Βροντίνου γυναικά, τῶν Πυθαγο-  
ρείων ἐνός, οὖσαν σοφήν τε καὶ περιττὴν τὴν ψυχήν  
(ἥς ἐστὶ καὶ τὸ καλὸν καὶ περιβλεπτὸν ὅμητα, τὸ τὴν  
50 γυναικά δεῖν θύειν αὐθημερὸν ἀνισταμένην ἀπὸ τοῦ  
έκατῆς ἀνδρός, διτινες εἰς Θεανῶ ἀναφέρουσι), πρὸς δὴ  
ταύτην παρελθούσας τὰς τῶν Κροτωνιατῶν γυναικαῖς  
παραχαλέσαι περὶ τοῦ συμπεῖσαι τὸν Πυθαγόραν δια-  
λεγθῆναι περὶ τῆς πρὸς αὐτὰς σωρροσύνης τοῖς ἀνδρά-  
ις

me conseruo, ut quam fuerint Pythagoreorum multi ad res publice gerendas et ad imperandum idonei demonstrem. Nam et leges conservabant, et nonnulli urbes Italicas regebant ita, ut quae optima ipsis videbantur edicerent et consulerent atque a publicis redditibus manum abstinerent. Et quamvis plurimis calumniis peterentur, aliquantum tamen Pythagoreorum virtus et ipsarum civitatum voluntas prævalebat ut ab illis respublicas administrari desideraverint. Hoc itaque tempore polcherrimæ rerumpublicarum in Italia atque Sicilia extitis videtur. (130) Nam Charondas Catinæus, unus ex optimis legislatoribus, item Zaleucus atque Timares Locrenses, ob leges latas celeberrimi, Pythagorei fuerunt, ut et qui Reginorum respublicas ordinarent et quae gymnasarchica vocabantur et quae a Theocle nomen tulit. Phytius etiam et Theocles et Helicaon et Aristocrates institutis moribusque inter Pythagoreos præcelluerunt, quibus et ipsis eo tempore civitates ejus regionis utebantur. Omnino eum totius civilis rationis auctorem extitisse aiunt, quem diceret, nihil in rerum elementis esse purum, sed et terram ignis et ignem aeris et spirituum participem, eodemque modo turpe honesto et injustum justo admisum esse, et reliqua eadem ratione. Ex hac sententia rationem in alterutram partem ferri. Duos autem esse corporis et animæ motus, alterum ratione carentem, alterum spontaneum. Respublicas vero tres quasdam lineas constituere, quarum extrempæ se invicem contingentes, et unum rectangulum conficerent, ita ut prima illarum epitriti, secunda diapente naturam habeat, tertia inter ambas anameses locum teneat. (131) Ratiocinantibus autem nobis, quemadmodum lineæ istæ inter se coincident et quænam spatia circumscribant, optimam reipublicæ formam representari. Hujus autem inventi gloriam sibi vindicavit Plato in libris de Republica aperte dicens, epitritum illud fundamentum quinario conjunctum duplicum harmoniam præbere. Aliunt præterea illum excoluisse affectum moderationem et mediocritatem, atque hoc, ut singuli adjuncto bono quadam præcipuo vitam beatam efficerent, et ut paucis dicam, invenisse eum electionem bonorum nostrorum officiorumque, quæ cuique convenient. (132) Eundem dicunt Crotoniatas a pellicum aliarumque mulierum non legitime responsatarum consuetudine revocasse. Scilicet ad Deinono, Brontini Pythagorei conjugem-sapientia et animi dotibus præcellentem (cujus est etiam egregium illud et illustre dictum, quod quidam Theanoni tribuunt, mulieri eo ipso die fas esse sacra facere, quo a marito suo surrexerit), ad hanc igitur venientes Crotoniarum mulieres rogasse, persuaderet Pythagore, ut ad maritos suos de continentia uxoribus debita verba faceret.

σιν αὐτῶν. Ὁ δὴ καὶ συμβῆναι, καὶ τῆς γυναικὸς ἐπαγγειλαμένης καὶ τοῦ Πυθαγόρου διαλεχθέντος καὶ τῶν Κροτωνιατῶν πεισθέντων ἀναριθῆναι παντάπασι τὴν τότε ἐπιπολάζουσαν ἀκολασίαν. (132) Ἐτι φασὶ Πυθαγόραν, ἀφικομένων εἰς τὴν πόλιν τῶν Κροτωνιατῶν ἔκ τῆς Συβάριδος πρεσβευτῶν ἐπὶ τὴν ἔξαίτησιν τῶν φυγάδων, θεασάμενόν τινα τῶν πρέσβεων αὐτόχειρα γεγενημένον τῶν αὐτοῦ φίλων, μηδὲν ἀποκρίνασθαι αὐτῷ, ἐπερομένου δὲ τοῦ ἀνθρώπου καὶ βουλομένου τῆς διμιλίας αὐτοῦ μετέχειν, εἴπειν, ὃς οὐθεμιστεύοι τοῖς ἀνθρωποτοχόνοις. Ὅθεν δὴ καὶ παρά τισιν Ἀπόλλωνα νομισθῆναι αὐτὸν. Ταῦτα δὴ πάντα, καὶ δσα μικρὸν ἐμπροσθέν εἰρήκαμεν περὶ τῆς τῶν τυράννων χαταλύσεως καὶ τῆς τῶν πόλεων ἐλευθερώσεως τῶν ἐν Ἰταλίᾳ τα καὶ Σικελία καὶ ὄλλων πλειόνων, δείγματα ποιησώμενα τῆς εἰς τὰ πολιτικὰ ὡφελείας αὐτοῦ, ἢν συνεβάλλετο τοῖς ἀνθρώποις.

**XXVIII.** (134) Τὸ δὴ μετὰ τοῦτο μηχέθ' οὐτωὶς κοινῶς, ἀλλὰ κατ' ίδίαν ἀπτόμενοι τὰ τῶν ὀρεῶν ἔργα αὐτοῦ τῷ λόγῳ κοσμήσωμεν. Ἀρξώμενα δὲ πρῶτον ἀπὸ θεῶν, ὃσπερ καὶ νομίζεται, τὴν τε διοιτήτα αὐτοῦ πειραθῶμεν ἐπιδεῖξαι, καὶ τὰ ἀπ' αὐτῆς θαυμαστὰ ἔργα ἐπιδεῖξωμεν ἑαυτοῖς καὶ τῷ λόγῳ κοσμήσωμεν. Ἐν μὲν οὖν δείγμα αὐτῆς ἔκεινο ἔστω, οὗ καὶ πρότερον ἐμνησθε ὡμοεύσαμεν, δτι δὴ ἐγίνωσκε τὴν ἔκτοῦ ψυχήν, τίς ἦν καὶ πόθεν εἰς τὸ σῶμα εἰσεληλύθει, τούς τε προτέρους αὐτῆς βίους, καὶ τούτων πρόδηλα τεχμήρια παρεῖχε. Μετὰ τοῦτο τοίνυν ἔκεινο. Νέσσον ποτὲ τὸν ποταμὸν σὺν πολλοῖς τῶν ἑταίρων διαβαίνων προσεῖπεν τῇ φωνῇ, καὶ δ ποταμὸς γεγωνόν τι καὶ τρανὸν ἀπεφέγχετο πάντων ἀκούντων, « χαίρε, Πυθαγόρα. » Ἐτι μιᾶς καὶ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἐν τε Μεταποντίᾳ τῆς Ιταλίας καὶ ἐν Ταυρομενίᾳ τῆς Σικελίας συγγεγονέναι καὶ διειλέχθαι κοινῇ τοῖς ἑκατέρωθεν ἑταίροις αὐτοῦ διαβεβαζει ἔχοινται σχέδον δπαντες, σταδίων ἐν μεταιχμίῳ παμπόλλων καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν ὑπαρχόντων, οὐδὲν δημέραις ἀνυστίμων πάνυ πολλαῖς. (135) Τὸ μὲν γάρ, δτι τὸν μηρὸν χρύσεον ἐπέδειξεν Ἀθάριδος τῷ Ὑπερβορέῳ, εἰκάσαντι αὐτὸν Ἀπόλλωνα εἶναι τὸν ἐν τῷ Ὑπερβορέοις, οὗπερ ἦν ιερεὺς ὁ Ἀβαρίς, βεβαιοῦντα, ὃς τοῦτο ἀληθὲς ὑπολαμβάνοι καὶ οὐ διαιψεύδοιτο, πάνυ τεθρύλληται, καὶ μηρία ἔτερα τούτων θειότερα καὶ θαυμαστότερα περὶ τὰνδρὸς δμαλῶνς καὶ συμφώνως ιστορεῖται, προρρήσεις τε σεισμῶν ἀπαράβατοι καὶ δ λοιμῶν ἀποτροπαὶ σὺν τάχει καὶ ἀνέμων βιαίων χαλαζῶν τε χύσεως παραυτίκα κατευνήσεις καὶ κυμάτων ποταμίων τε καὶ θαλασσίων ἀπευδιασμοὶ πρὸς εὐμαρῆ τῶν ἑταίρων διάβασιν, ὃν μεταλαβόντας Ἐμπεδοκλέα τε τὸν Ἀκραγαντίνον καὶ Ἐπιμενίδην τὸν Κρῆτα καὶ Ἀβαρίν τὸν Ὑπερβόρεον πολλαχῆ καὶ αὐτοὺς τοιαῦτά τινα ἐπιτετελεῖναι. (136) Δῆλα δ' αὐτῶν τὰ ποιήματα ὑπάρχει, ἀλλως τε καὶ Ἀλεξάνεμος μὲν δν τὸ ἐπώνυμον Ἐμπεδοκλέους, Καθαρτῆς δὲ τὸ Ἐπιμενίδου, Αἰθροβάτης δὲ τὸ Ἀθάριδος, δτι ἄρα διτῷ τοῦ ἐν Ὑπερ-

Idque etiam effectui datum esse, quumque promisisset mulier et Pythagoras disseruisse, assensique Crotoniatae essent, libidinem, qua tunc invaluerat, prorsus e medio esse sublatam. (133) Narrant etiam, quum legati Sybaride Crotone ad depositos exiles venissent, Pythagoram, quum unum videret in legatis, qui propria manu amicos suos interficerat, huic nihil respondisse, quin interroganti et colloquium petenti negasse, se homicidis responsa dare. Quare a quibusdam Apollinem esse habitum. Hæc sane omnia, et quæ paullo ante de tyrannorum subversione, urbiumque Italicarum et Sicularum liberatione aliisque compluribus diximus, indicio sint, quanta ille commoda circa res civiles in homines contulerit.

**XXIX.** (134) Quod restat, non amplius, ut hactenus, generatim, sed singillatim attingentes virtutum ejus opera oratione exornabimus. Primo autem a diis, ut fieri par est, initium faciemus, pietatemque ejus et a pietate profecta admiranda opera nobis ob oculos ponentes sermone celebrabimus. Sit igitur inter alia hoc ejus pietatis documentum, cuius et antea mentionem fecimus, quod scilicet animam suam, quænam esset, undeque in corpus venisset, et priora vitæ genera noverat, atque horum manifesta et clara dabat argumenta. Post hæc et istud, quod Nessum fluvium aliquando multorum cum discipulorum comitatu transiens compellavit, et flumen alta claraque voce omnibus audientibus respondit: « salve, Pythagora. » Deinde uno eodemque die Metaponti in Italia et Tauromenii in Sicilia versatum, cumque utriusque loci discipulis locutum esse pene omnes affirmant, plurimis licet terra marique stadiis, et quæ nec multis diebus quis consecerit, interjectis. (135) Nam quod Abaridi Hyperboreo, ipsum Apollini apud populares suos culto, cuius sacerdos erat, assimilanti, femur aureum ostenderit, quo confirmaret hoc vere eum credere, neque falsum ipsum esse, perulgatum est, atque millia alia his diviniora magisque miranda æquabiliter unoque ore de hoc viro traduntur, qualia sunt terræ motus certissimi predicti et pestes celeriter depulsæ et ventorum violentorum grandisnique effusiones absque mora sedatae et fluctus maris et fluminum placati, ut discipuli facilius transire possent. Quorum compotes etiam factos Empedoclem Agrigentinum et Epimenidem Cretensem et Abaridem Hyperboreum et ipsos multis in locis talia perpetrasse. (136) Satis nota sunt ipsorum opera, præsertim quum Empedocles cognomatus fuerit Alexanemos (ventorum depulsor), Epimenides Cathartes (expiator), Abaris vero Ethrobates (ær-

Εορέοις Ἀπολλωνος δωρηθέντι αὐτῷ ἐποχούμενος ποταμούς τε καὶ πελάγη καὶ τὰ ἄστα διέβαινεν, ἀεροδατῶν τρόπον τινά, διπερ ὑπενόησαν καὶ Πυθαγόραν τινὲς πεπονέναι τότε, ἡνίκα καὶ ἐν Μεταποντίῳ καὶ Ταυρομενίῳ, τοῖς ἔκατερινεν ἑταῖρος ὑμίλητος τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ. Λέγεται δ' ὅτι καὶ σεισμὸν ἐσόμενον ἐπὶ ψράτας, οὐ ἐγένετο, προηγόρευε, καὶ περὶ νεώς οὐριδρομούστης, διτι καταποντισθήσεται. (137) Καὶ ταῦτα μὲν ἔστω τεκμήρια τῆς εὑσεβείας αὐτοῦ. Βούλομαι δὲ δινωθεν τὰς ἀρχὰς ὑποδεῖξαι τῆς τῶν θεῶν θρησκείας, δις προεστήσατο Πυθαγόρας τε καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ ἄνδρες. Ἄπαντα δοτα περὶ τοῦ πράττεντος ἢ μὴ πράττεντος διορίζουσιν, ἐστόχασται τῆς πρὸς τὸ θεῖον δμιλίας, καὶ ἀρχὴ αὕτη ἔστι καὶ βίος ἀπας συντέταχται πρὸς τὸ ἀκολουθεῖν τῷ θεῷ καὶ ὁ λόγος οὗτος ταύτης ἔστι τῆς φιλοσοφίας, διτι γελοῖον ποιούσιν οἱ ἀνθρώποι, ἀλλοδιόν ποιεν ζητοῦντες τὸ εὖ ἢ παρὰ τῶν θεῶν, καὶ δμοιον, ὥσπερ ἐν εἰ τις ἐν βασιλευούμενῃ γίρᾳ τῶν πολιτῶν τινα ὑπαρχον θεραπεύσῃ, ἀμελήσας αὐτοῦ τοῦ πάντων ἄρχοντος· τοιούτον τὸν γάρ οἰονται ποιεῖν τοὺς ἀνθρώπους. Ἐπει τὸν γάρ ἔστι τε θεὸς καὶ οὗτος πάντων χύρος, δεῖν δὲ δμολογεῖται παρὰ τοῦ κυρίου τάγαθὸν αἰτεῖν, πάντες τε, οὓς μὲν ἂν φιλῶσι καὶ οἵς ἀν χαίρωσι, τούτοις διδόσαι τάγαθά, πρὸς δὲ οὓς ἐναντίως ἔχωσι, τάνατία, δῆλον διτι ταῦτα πρακτέον, οἵς τυγχάνει οἱ θεὸς γαίρων. (138) Ταῦτα δὲ οὐ διάδοιν εἰδόντει, ἀν μὴ τις ἡ θεοῦ ἀκηκόστος ἡ θεοῦ ἀκούσηται διὰ τέχνης θείας πορίζεται. Διὸ καὶ περὶ τὴν μαντικῶν σπουδᾶζουσι· μόνη γάρ αὕτη ἔρμηνται τῆς περὶ τῶν θεῶν διανοίας ἔστι. Καὶ δμοίως δὲ τὴν αὐτῶν πραγματείαν ἀξίαν τοῦ δοξεῖν ἀν εἶναι τῷ οἰομένῳ θεοὺς εἶναι, τοῖς δὲ εὐήθεισιν θάτερον τούτων καὶ ἀμφότερα. Ἐστι δὲ καὶ τῶν ἀποταγμάτων τὰ πολλὰ ἐκ τελετῶν εἰσενηγμένα, διὰ τὸ οἰοσθαῖ τι εἶναι αὐτοὺς ταῦτα καὶ μὴ νομίζειν ἀλαζονεῖν, ἀλλ' ἀπὸ τίνος θεοῦ τὸ ἔχειν τὴν ἀρχήν. Καὶ τοῦτο γε πάντες οἱ Πυθαγόρειοι δμῶς ἔχουσι πιστευτικῶς, ὃντος περὶ Ἀριστέου τοῦ Προκονησίου καὶ Ἀδάριδος τοῦ Ὑπερβορέου τὰ μυθολογούμενα καὶ δοτα ἀλλα τοιαῦτα λέγεται. Πᾶσι γάρ πιστεύουσι τοῖς τοιούτοις, πολλὰ δὲ καὶ αὐτοὶ πειρῶνται ταῖ, τῶν τοιούτων δὲ τῶν δοκούντων μυθικῶν ἀπομημονεύουσιν ὡς οὐδὲν ἀπιστοῦντες δι τὸ ἀν εἰς τὸ θεῖον ἀνάγηται. (139) Ἐρη γοῦν Εὔρυτον τις λέγειν, διτι φαίνη ποιμὴν ἀκοῦσαι τίνος ἔδοντος, νέμων ἐπὶ τῷ τάφῳ τοῦ Φιλολάου, καὶ αὐτὸν οὐδὲν ἀπιστῆσαι, ἀλλ' ἔρεισθαι, τίνα ἀρμονίαν. Ἡσαν δὲ οὗτοι ἀμφότεροι Πυθαγόρειοι, καὶ μαθητὴς Εὔρυτος Φιλολάου. Φασὶ δὲ καὶ τῷ Πυθαγόρᾳ τινά ποτε λέγειν, διτι δοκοί ποτε ἐν τῷ έπινῳ τῷ πατρὶ διαλέγεσθαι τεθνεῖται, καὶ ἐπέρεσθαι « τίνος τοῦτο τὸ σημεῖον; » τὸν δὲ οὐδενὸς φάναι, δο ἀλλ' ὡς διελέγετο αὐτῷ ἀληθῶς· « ὡσπερ οὖν οὐδὲ τὸ ἔμοι νῦν σὲ διαλέγεσθαι σημαίνει οὐδέν, οὔτως οὐδὲ ἔκεινο. » Οἳτε πρὸς πάντα τὰ τοιαῦτα οὐχὶ αὐτοὺς εὐήθεις νομίζουσιν, ἀλλὰ τοὺς ἀπιστοῦντας· οὐ γάρ εἶναι τὰ μὲν δυνατὰ τοῖς θεοῖς, τὰ δὲ ἀδύνατα, ὥσπερ οἰε-

ambulus) propleret quod telo sibi ab Apolline Hyperboreo donato vectus flumina et maria et invia quæque per aerem quodammodo incendens superaret, quod quidam et Pythagoram usurpare opinantur, quum uno die Metaponti et Tauromenii cum utriusque loci discipulis versatus est. Fertur et futurum terræ motum apud puteum, quem degustaverat, prædixisse, et navem submersum iri, quæ secundo vento vehebat. (137) Atque hæc siue pietatis ejus documenta. Lubet autem cultus divini repetita altius principia ostendere, quæ a Pythagora ejusque sectatoribus proposita sunt. Omnia, quæquæ de agendis vel fugiendis desinunt, ad consuetudinem cum deo habendam tendunt, estque principium, ad quod omnis eorum vita ordinatur, *deum sequi*, atque hujus philosophiae ista ratio est, quod ridicule agent homines, qui quod bonum est aliunde quam a diis petunt, perinde ac si quis in provincia regis potestati subjecta quendam et civium numero præfectum colat, neglecto eo qui omnibus dominatur; tale enim quid existimant ab hominibus fieri. Quum enim et deus sit et omnibus imperet, in confessu autem sit, bonum a domino petendum esse, omnesque iis bona tribuant, quos amant quosque sibi acceptos habent, contraria vero eis, quos contrario affectu prosequuntur, appareat agenda esse ea, quæ deo grata sunt. (138) Hæc autem scire difficile est, nisi quis vel eum, qui deum audivit, vel deum ipsum audiverit, vel divino artificio cognitionem hanc sibi comparaverit. Hinc et divinationi operam dant: illa enim sola est interpretatio eorum, quæ deis statuenda sunt. Ac similiter fore, ut ei, qui deos esse credat, ipsorum hoc studium minime indignum, iis vero qui alterutrum stultum censem, utrumque stultum esse videatur. Sunt autem multa illorum interdicta ex sacris initiis introducta, quia hæc alicuius momenti esse putant, nec pro vana ostentatione habent, sed a deo quodam principium habere existimant. Unde omnes pariter Pythagorei proni sunt ad fidem talibus adhibendani, qualia de Aristeia Proconesio et de Abaride Hyperboreo commenta referuntur, et quæquæ alia sunt generis ejusdem. Omnibus enim ejusmodi adhibent assensum, multa et ipsi quoque comminiscuntur, ac talium, quæ fabulosa videntur esse, mentionem ita faciunt, quasi nihil non credentes, quod ad deum refertur. (139) Rettulit igitur quidam, Eurytum affirmasse, pastorem aliquem, qui juxta sepulcrum Philolai pasceret, canentem quempiam audivisse, ipsum vero minime ei fidem derogasse, sed quesiisse, quam harmoniam. Erat autem uterque Pythagoreus, et quidem Eurytus discipulus Philolai. Ait et Pythagoræ quendam narrasse, aliquando se sibi visum esse per somnum cum parente suo mortuo colloqui, atque quid hoc significaret interrogasse, illum vero respondisse, significare nihil, sed parentem revera cum ipso locutum: « ut igitur, quod tu jam mecum colloqueris, nihil significat, ita nec illud. » Adeoque isti in omnibus istis non se stultos esse existimant, verum eos, qui fidem non adhibent: non enim deos quædam posse, quædam non posse, ut potent scioli,

σθαι τοὺς σοφίζομένους, ἀλλὰ πάντα δυνατά. Καὶ ἡ ἀρχὴ  
ἡ αὐτῆς ἔστι τῶν ἐπῶν, ἢ ἐκεῖνοί φασι μὲν εἶναι Λίνου,  
“στὶ μέντοι Ἰωνίας ἐκείνων.”

Ἐλπεσθαι χρὴ πάντ', ἐπεὶ οὐκέτι οὐδὲν ἀξέπτον·  
ἥφδια πάντα θεῷ τελέσαι, καὶ ἀνήνυτον οὐδέν.

(110) Τὴν δὲ πίστιν τῶν παρ' αὐτοῖς ὑπολόγιψεων ἡγοῦν-  
ται εἶναι ταύτην, διτὶ ἦν δὲ πρῶτος εἰπόντων αὐτὸς οὐχ  
δι τυχών, ἀλλ' δὲ θεός. Καὶ ἐν τούτῳ τῶν ἀκουσμάτων  
ἔστι, « τίς δὲ Πυθαγόρας; » Φασὶ γάρ εἶναι Ἀπόλλων  
τοῦ Ὑπερβόρεον, τούτου δὲ τεκμήρια ἔχεσθαι, διτὶ ἐν τῷ  
ἄγνων ἔξαντιστάμενος τὸν μηρὸν παρέφτευε χρυσοῦν, καὶ  
διτὶ Ἀβαριν τὸν Ὑπερβόρεον εἰστια καὶ τὸν δίστον αὐ-  
τοῦ ἀφείλετο, ὃ ἐκυβερνᾶτο. (111) Λέγεται δὲ δὲ Αθα-  
ρις ἐλθεῖν ἐξ Ὑπερβόρεων, ἀγείρων χρυσὸν εἰς τὸν νεῶν  
καὶ προλέγων λοιμόν. Κατέλιεν δὲ ἐν τοῖς ἕροῖς, καὶ  
οὗτε πίνων οὔτε ἔσθιων ὥφθη ποτὲ οὐδέν. Λέγεται δὲ  
καὶ ἐν Λακεδαιμονίοις θύσαι τὰ κωλυτήρια, καὶ διὰ  
τοῦτο οὐδένα πωποτε ὑστερον ἐν Λακεδαιμονὶ λοιμὸν  
γενέσθαι. Τοῦτον οὖν τὸν Ἀβαριν παρελόμενος, δινέλει,  
20 χρυσοῦν δίστον, οὗτον οὐχ οἴός τ' ἡν τὰς δύος ἔξε-  
ρισκειν, διμολογοῦντα ἐποίησε. (112) Καὶ ἐν Μεταπον-  
τίῳ, εὐξαμένων τινῶν γενέσθαι αὐτοῖς τὰ ἐν τῷ προσ-  
πίσσοντι πλοιῷ, « νεκρὸς τοίνυν ἀν ὅμινον » ἔφη, καὶ  
θράνη νεκρὸν ἄγον τὸ πλοῖον. Καὶ ἐν Συβάρει τὸν δριν  
25 τὸν \* ἀποκτείναντα τὸν δασὸν \* Ἐλασέ καὶ ἀπεπέμψατο,  
ὅμοιων δὲ καὶ τὸν ἐν Τυρρηνίᾳ τὸν μικρὸν δριν, διαπέ-  
κτεινε δάκνων. Ἐν Κρότωνι δὲ τὸν ἀετὸν τὸν λευκὸν  
κατέψήσεν ὑπομείναντα, ὡς φασι. Βουλορέμενον δέ τινος  
ἀκούειν, οὐκ ἔφη πῶ λέξειν, πρὶν δὲ σημεῖόν τι φανῆ,  
30 καὶ μετὰ ταῦτα ἐγένετο ἐν Καυλωνίᾳ ἡ λευκὴ ἄρκτης.  
Καὶ πρὸς τὸν μέλλοντα ἔχαγγέλλειν αὐτῷ τὸν τούτου  
θάνατον προεἶπεν αὐτός. (113) Καὶ Μυλλίαν τὸν Κρό-  
τωνιάτην ἀνέμνησεν, διτὶ ἦν Μίδας δὲ Γορδίου, καὶ  
ώχετο δὲ Μυλλίας εἰς τὴν ἥπειρον, ποιήσων δοσα ἐπὶ τῷ  
35 τάφῳ ἔκλευσε. Λέγεται δὲ καὶ διτὶ τὴν οἰκίαν αὐτοῦ  
δι πράμενος καὶ ἀνορύζας, δὲ μὲν εἶδεν, οὐδὲν ἐτολμη-  
σεν εἰπεῖν, ἀντὶ δὲ τῆς ἀμαρτίας ταύτης ἐν Κρότωνι  
ἱεροσυλῶν ἐλήφθη καὶ ἀπέθανε. τὸ γάρ γένειον ἀπο-  
πεσὸν τοῦ ἀγάλματος τὸ χρυσοῦν ἐφωράθη λαβών.  
40 Ταῦτα τε οὖν λέγουσι πρὸς πίστιν καὶ ἄλλα τοιαῦτα,  
ὧς δὲ τούτων διμολογούμενων καὶ ἀδύνατου ὄντος περὶ  
ἀνθρωπον ἔνα ταῦτα συμβῆναι, ἡδη οἰονται σφές εἰ-  
ναι, διτὶ ὡς περὶ κρείττονος ἀπόδεξεσθαι γρὴ τὰ περὶ  
45 ἐκείνου λεχθέντα, καὶ οὐχὶ ἀνθρώπου. (114) Ἄλλα καὶ  
τὸ ἀπορούμενον τοῦτο σημαίνειν. ἔστι γάρ παρ' αὐτοῖς  
λεγόμενον, διτὶ

ἀνθρωπος δίπος ἔστι καὶ δρνις καὶ τρίτον ἄλλο.

Τὸ γάρ τρίτον Πυθαγόρας ἔστι. Τοιοῦτος μὲν οὖν διὰ  
τὴν εὐσέβειαν ἦν καὶ ἐπὶ τῆς ἀληθείας ἐνομίζετο εἶναι.  
50 Περὶ δὲ τοὺς δρκους εὐλαβῶν οὕτω διέκειντο πάντες οἱ  
Πυθαγόρειοι, μεμνημένοι τῆς Πυθαγόρου ὑποθήκης τῆς

ἀθανάτους μὲν πρῶτα θεούς, νόμφων δὲ διάκειται,  
τίμα καὶ σέβου δρκον, ἐπειθ' ἡρωας ἀγαυούς,

sed posse omnia. Idem est initium carminis heroici, quod  
illi quidem Lino tribuunt, ab ipais autem profectum esse  
videtur :

omnia sunt speranda, nec insperabile quicquam est :  
cuncta deus peragit facile, et nihil impedit ipsum.

(140) Fidem autem suis opinionibus inde fieri censent, quod,  
qui primus earum auctor exstitit, non vulgaris homo fuerit,  
sed deus. Eratque hoc unum ex illorum dictis : « quisnam  
Pythagoras? » Aiunt enim, fuisse Apollinem Hyperboreum,  
hujus vero rei argumenta haberi, quod in ludis surgens semur  
aureum ostenderit, quodque Abarim Hyperboreum hospitio  
excepit et telum, quo regebat, ab eodem tulerit.

(141) Fertur autem Abaris ex Hyperboreis venisse, ut au-  
rum in templum corrogaret pestemque praediceret. Diver-  
sabatur in templis, neque unquam bibere aut edere visus  
est. Fertur etiam apud Lacedaemonios averruncatoria sacra  
celebrasse, et hinc Spartæ nunquam deinceps pestem obor-  
tam esse. Hunc igitur Abarim telo aureo, sine quo vias

invenire non poterat, privatum testem de se Pythagoras  
excitavit. (142) Et Metaponti quibusdam sibi ipsis appre-  
cantibus, quicquid in navi portum jam intrante esset,  
“ mortuus ergo » inquit « vobis erit, » et apparuit, mortuum  
illa vectum esse. Et Sybari serpentem lethiferum et hirsutum  
comprehendit dimisitque, similiter alium in Tyrrhenia  
parvum serpentem, morsi interficiens. Crotone vero  
albam aquilam palpavit nibil, ut aiunt, repugnantem. Quum  
quidam audire quidpiam ab eo vellet, negavit se ante dic-  
turum, quam prodigium aliquod apparuisset, exstititque

posthac in Caulonia ursa alba. Pueri mortem quum quidam  
illi nunciaturus esset, praedixit ipse. (143) Mylliam Crotonia-  
tem admonuit, fuisse Midam, Gordii filium, isque in con-  
tinuentem Asie trajecit, facturus ibi, que ad sepulcrum fa-  
cienda Pythagoras præceperat. Aiunt etiam eum, qui domum illius  
emptam effudit, nulli que vidisset ausum esse pro-  
dere, quin et facinoris hujus penas dedit, in sacrilegio Cro-  
tone deprehensus et interfactus : delapeam enim simulacra  
barbam auream abstulerat. Hæc igitur aliaque id genus ad

fidem faciendam proferunt, quasi vero ista in confessio-  
nibus sint, nec fieri possit ut in unicum hominem congruant,  
hinc jam liquere autemant, dicta de illo non tanquam de  
homine, sed tanquam de numine quodam accipienda esse.

(144) Hoc etiam enigma illud indicare, quod velut prover-  
biū quoddam in ore habent :

et bipedes homines et aves et tertia res sunt.

Nam *tertia res* est Pythagoras. Talis itaque pietate et erat  
et revera esse censebatur. Juramenta vero Pythagorei om-  
nes tam religiose verebantur, memores hujus præcepti Py-  
thagorici,

primum immortales ex lege deos venerare  
et cole iusjurandum, post heroas ei almos,

ώστε οὐπό νόμου τις αὐτῶν ἀναγκαζόμενος δύοσαι, καί τοι εὐορκεῖν μέλλων, δμως οὐπέ τοῦ διαφυλάξασθαι τὸ δόγμα οὐπέμεινεν ἀντὶ τοῦ δμόσαι τρία μᾶλλον τάλαντα καταθέσθαι, δσου περ ἐτετίμητο τὸ τοιοῦτον τῷ διαδίκτῳ καζομένῳ. (145) «Οτι δ' οὐδὲν φόντο ἐκ ταυτομάτου συμβαίνειν καὶ ἀπὸ τύχης, ἀλλὰ κατὰ θείαν πρόνοιαν, μάλιστα τοῖς ἀγαθοῖς καὶ οὐσεσθει τῶν ἀνθρώπων, βεντοι τὰ οὐπό Ἀνδροκύδου ἐν τῷ περὶ Πυθαγορικῶν συμβόλων ίστορούμενα περὶ Θυμαρίδου τοῦ Ταραντίνου, Πυθαγορικοῦ. Ἀποπλέοντι γάρ αὐτῷ καὶ χωριζόμενῳ διὰ τινα περίστασι παρέστησαν οἱ ἔταριοι ἀσταζόμενοι τε καὶ προπεμπτικῶς ἀποτασσόμενοι. Καὶ τις ἡδη ἐπιβάντι τοῦ πλοίου εἶπεν· «δσα βούλει, παρὰ τῶν θεῶν γένοιτο σοι, ὁ Θυμαρίδα. » Καὶ δις, «εὐρήμει» ἔφη· «ἀλλὰ βουλοίμην μᾶλλον, δσα μοι παρὰ τῶν θεῶν γένηται. » Ἐπιστημονικὸν γάρ τοῦτο ἥγειτο μᾶλλον καὶ εὔγνωμον, τὸ μη ἀντιτείνειν καὶ προσαγανακτεῖν τῇ θείᾳ προνοίᾳ. Πόθεν δὴ οὖν τὴν τοσαύτην οὐσεσθειαν παρέλαβον οὗτοι οἱ ἄνδρες, εἰ τις βούλοιτο μαθεῖν, δητεον, ὡς τῆς Πυθαγορικῆς κατ' ἀριθμὸν θεολογίας παράδειγμα ἐνεργεῖς ἔκειτο πῶς ἐν Ὁρφεῖ. (118) Οὐν ἔτι δὴ οὖν ἀμφίβολον γέγονε τὸ τὰς διφορμάς παρὰ Ὁρφέως λαδόντα Πυθαγόραν συντάξαι τὸν περὶ θεῶν λόγον, δν καὶ Ἱερὸν διὰ τοῦτο ἐπέγραψεν, ὡς δὲν ἐκ τοῦ μυστικῶν τάτου ἀπηνθισμένον παρὰ Ὁρφεῖ τόπου, εἴτε δοτῶς τοῦ ἀνδρός, ὡς οἱ πλεῖστοι λέγουσι, σύγγραμμά ἔστιν, εἴτε Τηλαύγους, ὡς ένιοι τοῦ διδασκαλείου ἐλλόγιμοι καὶ ἀξιόπιστοι διατεθεῖσινται ἐν τῶν οὐπομημάτων τῶν Δαμοὶ τῇ θυγατρὶ ἀπολειρέντων ήν' αὐτοῦ τοῦ Πυθαγόρου (ἀδελφὴ δὲ Τηλαύγους), διπερ μετὰ θάνατον ίστοροῦς δοθῆναι Βιτάλῃ τῇ Δαμοῦ θυγατρὶ καὶ Τηλαύγει ἐν ἡρική γενομένω, οὐδὲ μὲν Πυθαγόρου, ἀνδρὶ δὲ τῆς Βιτάλης. Κοινῇ γάρ νέος οὐπό τὸν Πυθαγόρου θάνατον ἀπολειμμένος ἦν παρὰ Θεανοὶ τῇ μητρὶ. Δηλοῦται δὴ διὰ τοῦ Ἱεροῦ ἢ περὶ θεῶν λόγου (ἐπιγράφεται γάρ ἀμφότερα) καὶ τις ἡν διπαραδέδωκίς Πυθαγόρα τὸν περὶ θεῶν λόγον. Λέγει γάρ· « δὲν περὶ θεῶν Πυθαγόρα τῷ Μνησάρχῳ, τὸν ἔξεμαθον, δργιασθεῖς ἐν Αιγύθροις τοῖς Θρακίοις, Ἀγλαοφάμω τελετὰς μετασύντος, ὡς ἄρξ Ὁρφεὺς δὲ Καλλιόπας κατὰ τὸ Πάγγαιον δρός οὐπό τας ματρὸς πινυσθεῖς ἔφα, τὸν ἀριθμῶν οὐσίαν ἀτίσιον εἶναι μὲν ἀρχὴν προμαθεστάν τα παντὸς ὥραν καὶ γῆς καὶ τας μεταξὺ φύσιος, ἔτι δὲ καὶ θείων καὶ θεῶν καὶ δαιμόνων διαμονῆς βίζαν. » (147) Εκ δὲ τούτων φανερὸν γέγονεν, δτι τῷ ἀριθμῷ ὥρισμένην οὐσίαν τῶν θεῶν παρὰ τῶν Ὁρφικῶν παρέλαβεν. Ἐποιεῖτο δὲ διὰ τῶν αὐτῶν ἀριθμῶν καὶ θαυμαστὴν πρόγνωσιν καὶ θεραπείαν τῶν θεῶν κατὰ τοὺς ἀριθμοὺς δτι μάλιστα συγγενεστάτην. Γνοΐη δ' ἀν τις τοῦτο ἐντεῦθεν· δεῖ γάρ καὶ ἔργον τι παρασχέσθαι εἰς πίστιν τοῦδε τοῦ λεγομένου. Ἐπειδὴ Ἀβαρίς περὶ τὰ συνήθη ἔστι τοιούτου ουργῆματα διετέλει ὃν καὶ τὴν σπουδαζομένην παντὶ βαρέάρων γένει πρόγνωσιν διὰ θυμάτων ἐπορίζετο, μάλιστα τῶν δρνθείων (τὰ γάρ τῶν τοιούτων σπλάγχνα

ut quidam eorum lege ad jusjurandum adactus, quamvis sancte juraturus esset, nihil minus tamen, ut praecepto satisfaceret, tria potius talenta solvere quam jurare sustinuerit: tanti enim lis illa reo convicto aestimata erat. (145) Nihil vero casu vel fortuito contingere eos credidisse, sed cuncta divina providentia probis in primis et piis hominibus accidere, confirmant que ab Androcyde in libro de symbolis Pythagoricae de Thymarida Tarentino Pythagorico referuntur. Huic nimur ob incidentis negotium discessuro jamque solventi aderant amici salutandi valedicendique causa. Quinque navem jam consenderet, quidam ad eum «eveniant tibi, Thymarida, a diis» inquit «quæcumque volueris.» At ille «bona verba,» respondit: «quoniam potius malum ea, quæ mihi a diis adventura sunt.» Scilicet enim hoc atque prudentius existimabat, non repugnare aut succensere divinæ providentiae. Si quis igitur scire voluerit, unde tantum pietatis hi viri ceperint, dicendum est, theologiae Pythagoricae numeris comprehensa: evidens apud Orpheum specimen extare. (146) Quare nulla restat dubitatio, quin Pythagoras occasione ab Orpheo accepta librum de diis composuerit, quem propterea etiam Sacerum Sermonem inscripsit, quasi ex loco Orphei maxime mystico collectum, sive revera illius viri, ut plurimi tradunt, sive Telaugis opus fuerit, ut ejus discipuli quidam docti et fide digni contendunt, ex commentariis ab ipso Pythagora filiis suæ Damoni, Telaugis sorori, relictis, post ejus mortem autem Bitalæ, ut aiunt, Damus filiæ, atque Telaugi, postquam adolevisset, Pythagoræ filio Bitalæque marito traditis. Admodum adolescentulus enim is moriente Pythagora apud matrem Theano relictus fuerat. Jam in sacro sive de diis libro (utroque enim modo inscribitur) et quis Pythagoræ isthunc de diis sermonem traxiderit indicatur. Dicit enim: *hoc est, quod de diis Pythagoras Mnesarchi didicit, quum sacriss arcanis initiarer in Libethris Thraciæ, Aglaophamo initia tradente, nimurum Orpheum, Calliopes filium, in monte Pangæo a matre edoctum dixisse, numeri essentiam æternam principium esse providentissimum universi celi atque terræ et intermediorum naturæ, prætereaque radicem divinarum rerum et deorum et dæmonum perpetuitatis.* (147) Ex quibus appetet, eum definitam numeri essentiam deorum ab Orphicis accepisse. Per eosdem autem numeros admirabilem præscientiam deorumque cultum numeris artissime conexum peragebat. Id quod vel inde colligere liceat: *opus enim est, ut facio quopiam dictis fidem conciliemus. Quum Abaris in sacris suo more facieundis perseveraret et excultam ab omnibus barbaris futurorum præscientiam victimis immolandis, avibus maxime, quaereret (istorum enim*

ἀκριβῆ πρὸς διάσκεψιν ἡγοῦνται), βουλόμενος δὲ Πυθαγόρας μὴ ἀφαιρεῖν μὲν αὐτοῦ τὴν εἰς τὰληδές σπουδήν, παρασχεῖν δὲ διά τινος ἀσφαλεστέρου καὶ γωρὶς ἀλμάτος καὶ σφαγῆς, ἀλλως τε καὶ διὰ τοῦ λεγόμενον πᾶν ἀληθὲς ἀπετέλεσεν αὐτῷ δι᾽ ἀριθμητικῆς ἐπιστήμης συντεταγμένω. (148) Υπῆρχε δὲ αὐτῷ ἀπὸ τῆς εὐσεβίας καὶ διὰ περὶ τῶν θεῶν πίστις· παρηγγελλε γάρ ἀεὶ περὶ θεῶν μηδὲν θαυμαστὸν ἀπιστεῖν, μηδὲ περὶ θεῶν δογμάτων, ὃς πάντα τῶν θεῶν δυναμένων. Καὶ τὰ θεῖα δὲ δόγματα λέγειν, οἷς χρὴ πιστεύειν, διὸ Πυθαγόρας παρέδωκεν. Οὕτω γοῦν ἐπίστευον καὶ παρειλήφεσαν, περὶ ὧν δογματίζουσιν, διὰ οὐκ ἔψευδοδέξηται. Ωστε Εὔρυτος μὲν δὲ Κροτωνιάτης, Φιλολέου ἀκούστης, ποιεῖ μένος τινὸς ἀπαγγείλαντος αὐτῷ, διὰ τοῦ μεσημβρίας ἀκούσειε Φιλολέου φωνῆς ἐκ τοῦ τάρου, καὶ ταῦτα πρὸ πολλῶν ἐτῶν τεθνηκότος, ὡσανεὶ δέδοντος, « καὶ τίνα, πρὸς θεῶν, » εἰπεῖν « ἀρμονίαν; » Πυθαγόρας δὲ αὐτὸς ἐρωτηθεὶς ὑπὸ τινος, τί σημαίνει τὸ ίδεν ἐαυτοῦ πατέρα πάλαι τεθνηκότα καθ' ὑπὸνος αὐτῷ προσδιαλεγόμενον, « οὐδέν, » ἔφη « οὐδὲ γάρ διὰ μοι ἄρτι λαλεῖς σημαίνει τι. » (149) Εσθῆτι δὲ ἔχρηστο λευκῇ καὶ καθαρῇ, ὡσαύτως δὲ καὶ στρώμασι λευκοῖς καὶ καθαροῖς. Εἶναι δὲ καὶ τὰ τοιαῦτα λινᾶ· κωδίοις γάρ οὐκ ἔχρηστο. Καὶ τοῖς ἀκροστάταις δὲ τοῦτο τὸ ἔθος παρέδωκεν. Ἐχρῆστο δὲ καὶ εὐφημίᾳ πρὸς τοὺς κρείττονας καὶ ἐν παντὶ καιρῷ μνήμῃν ἐποιεῖτο καὶ τιμὴν τῶν θεῶν, ὡστε καὶ περὶ τὸ δεῖπνον σπονδᾶς ἐποιεῖτο τοῖς θεοῖς καὶ παρηγγελλεν ἐφ' ἡμέρᾳ ἑκάστη ὑμετέν τοὺς κρείττονας. Προσείχε δὲ καὶ φῆμαις τοῖς καταγόματοις. (150) Ἐπέθεις δὲ θεοῖς λίθανον, κέγγρους, πόπανα, κηρία καὶ τάλλα υψιμάκτα, ζῶα δὲ αὐτὸς οὐκ ἔθυεν, οὐδὲ τῶν θεωρητικῶν φιλοσόφων οὐδέις, τοῖς δὲ ἄλλοις τοῖς ἀκουσματικοῖς [ἢ τοῖς πολιτικοῖς] προστέθει ταχταὶ σπανίως ἔμφυχο θύειν, ἢ διεκτρύόντα δέ ἔρνα δὲ ἀλλο τι τῶν νεογνῶν, βοῦς δὲ μὴ θύειν. Κάκεινο δὲ τῆς εἰς θεοὺς τιμῆς αὐτοῦ τεκμήριον, τὸ παρηγγέλθαι, μηδέποτε δρμύναν θεῶν δύναμας καταχρωμένους. Διόπερ καὶ Σύλλος, εἰς τῶν ἐν Κρότωνι Πυθαγορείων, ὑπὲρ τοῦ μὴ δύσσαι χρήματα ἀπέτισεν, καίτοι εὐορκῆσαι μέλλων. Ἀναρέρεται γε μὴν εἰς τοὺς Πυθαγορικούς καὶ τοιόσδε τις δρχος, αἰδὼν μὲν ποιουμένων δυνομάζειν Πυθαγόραν, ὥστερ καὶ τοῦ θεῶν δύναμας χρῆσθαι πολλὴν φειδῶ ἐποιεῦντο, διὸ δὲ τῆς εὐρέσεως τῆς τετραχτύος ἀ δηλούντων τὸν ἄνδρα·

ναὶ μὰ τὸν ἀμετέρας σοφίας εύροντα τετραχτύν,  
παγὰν δενάου φύσεως βίσωμά τ' ἔχουσαν.

(151) Ὁλως δέ φασι Πυθαγόραν ζηλωτὴν γενέσθαι τῆς Ὀρφέως ἐρμηνείας τε καὶ διαλέσεως, καὶ τιμᾶν τοὺς οὓς θεοὺς Ὀρφεῖ παραπλησίως, ισταμένους αὐτοὺς ἐν τοῖς ἀγάλμασι καὶ τῷ χαλκῷ, οὐ ταῖς ἡμετέραις συνέεγγραψέντος μορφαῖς, ἀλλὰ τοῖς ἰδρύμασι τοῖς θεοῖς, πάντα περιέγνωτας καὶ πάντων προνοοῦντας καὶ τῷ παντὶ τῇ

viscera accuratiōri inspectioni putant inservire), Pythagoras ei studium veritatis adimere nolens, sed aliam viam tuitiorem suppeditatus, eamque a sanguine et cæde alienam, præsentim quum gallum gallinaceum soli sacrum esse censeret, omne, quod aiunt, verum ei per numerorum scientiam consummavit. (148) Præstitit ei præterea pietas et deorum opinionem: nam de his semper admonuit, ne quis ulli admirando operi aut divino dogmati fidem deneraret, quum dii possent omnia. Divina autem dogmata esse vocanda, quibus fidem haberi oportet, tradidit Pythagoras. Sic igitur credebant accipiebantque, quæ neutiquam esse falsa opinione conficta statutum esset. Itaque Eurytus Crotoniata, Philolai auditor, pastore quodam nuntiante, se circa meridiem Philolai, jam ante complures annos defuncti, e sepulcro quasi canentis vocem audivisse, « quamnam, per deos, » inquit « harmoniam? » Pythagoras vero ipse interrogatus a quodam, quid portenderet, quod visus sibi esset cum patre suo mortuo per somnum colloqui, « nihil, » respondit « neque enim quod jam mecum colloqueris aliquid portendit. » (149) Veste autem utebatur alba et pura, stragulis itidem albis atque puris, et his quidem ex lino confeccis: laneis enim non utebatur. Hunc morem etiam auditoribus suis tradidit. Superiores bonis verbis prosequebatur, nec ullum tempus absque deorum mentione cultuque transmittebat, ita ut etiam inter cenandum diis libaret et quotidie numen hymnis juberet celebrare. Observabat et omina et vaticinia et sortes omnes fortuito oblatas. (150) Sacra diis faciebat thure, milio, placentis, favisque et reliquis suffimentis, animalia autem ipse non immolabat, nec ullus theoreticorum philosophorum, ceteris vero acusinaticis [vel pollicitis] præceptum erat, ut raro immolarent animalia, gallum puta gallinaceum vel agnum vel alia recentia nata, boves vero minime. Illud quoque pietatis ejus in deos argumentum, quod præcepit, ne quis jurando deorum nominibus abuteretur. Quapropter et Syllus, unus Pythagoreorum qui Crotone erant, ne juraret, judicatum solvit, quamvis bona cum conscientia juraturus esset. Tribuitur tamen Pythagoreis talis jurandi formula, qua nominare quidem Pythagoram verebantur, ut et deorum plerumque nominibus parcebant, tetracty vero inventa satis clare virum significabant:

juro illum, sophia a quo nostræ inventa tetractys,  
in qua naturæ fons est radixque perennis.

(151) Omnino autem aiunt, Pythagoram stilo animoque Orpheum imitatum esse, similiisque quo Orpheum modo deos coluisse, dum eos proposuit in simulacris et ære, non nostris figuris alligatos, sed divinis imaginibus, tanquam qui omnia complectantur et omnibus provideant et naturam habeant formamque toti universo similem. Pra-

φύσιν καὶ τὴν μαρφῆν ὄμοιάν ἔχοντας. Ἀγγέλλειν δὲ αὐτῶν τοὺς καθαρουμόντας καὶ τὰς λεγομένας τελετάς, τὴν ἀκριβεστάτην εἶδοντας αὐτῶν ἔχοντα. Ἐτί δέ φασι καὶ σύνθετον αὐτὸν ποιῆσαι τὴν θείαν φιλοσοφίαν καὶ θε-  
ραπείαν, οὐ μὲν μαθόντα παρὰ τῶν Ὄρφικῶν, οὐ δὲ παρὰ τῶν Αἰγυπτίων ιερέων, οὐ δὲ παρὰ Χαλδαίων καὶ Μά-  
γων, οὐ δὲ παρὰ τῆς τελετῆς τῆς ἐν Ἐλευσίνι γινομένης, οὐ δὲ παρὰ τῆς Σαμοθράκης καὶ Δῆλων, καὶ εἰ τι παρὰ τοῖς κοινοῖς\*, καὶ περὶ τοὺς Κελτούς δὲ καὶ τὴν Ἰβη-  
ρίαν. (152) Ἐν δὲ τοῖς Λατίνοις ἀναγινώσκεσθαι τοῦ Πυθαγόρου τὸν Ἱερὸν λόγον, οὐκ εἰς πάντας, οὐδὲ οὐ πάντας, ἀλλ' ἡπο τῶν μὲν ἔχοντων ἑτοίμως πρὸς τὴν τῶν ἀγαθῶν δίδασκαλίαν καὶ μηδὲν αἰσχύρὸν ἐπιτη-  
δευόντων. Λέγειν δὲ αὐτὸν τρίς σπένδειν τοὺς ἀνθρώ-  
πους καὶ μαντεύεσθαι τὸν Ἀπόλλωνα ἐκ τοῦ τρίποδος  
διὰ τὸ καὶ τὴν τριάδα πρώτον φύναι τὸν ἀριθμόν, Ἀφρο-  
δίτη δὲ θυσιάζειν ἔκτη διὰ τὸ πρώτον τοῦτον τὸν ἀριθ-  
μὸν πάσης μὲν ἀριθμοῦ φύσεως κοινωνῆσαι, κατὰ πάντα  
δὲ τρόπον μεριζόμενον δμοῖον λαμβάνειν τὴν τε τῶν  
αὐτοφαιρουμένων καὶ τὴν τῶν καταλειπομένων δύναμιν,  
Ἡρακλεῖ δὲ δεῖν θυσιάζειν ὅρδον τοῦ μηνὸς ισταμένου  
σκοπούντας τὴν ἐπτάμηνον αὐτοῦ γένεσιν. (153) Λέγει  
δὲ καὶ εἰς ιερὸν εἰσέναι δεῖν καθαρὸν ἴμάτιον ἔχοντα  
καὶ ἐν ᾧ μὴ ἔγχεικομηταί τις, τὸν μὲν ὑπὸν τῆς ἀρ-  
γίας, καὶ τὸ μέλιν καὶ τὸ πυρρόν, τὴν δὲ καθαρότητα  
τῆς περὶ τοὺς λογισμούς ισότητος καὶ δικαιοσύνης μαρ-  
τυρίαν ἀποδιδόντας. Παραγγέλλει δέ, ἐν ιερῷ ἀν τι ἀκού-  
σιον αἴκια γένεται, η χρυσῷ η θαλάττῃ περιρραίνε-  
σθαι, τῷ πρώτῳ γενομένῳ καὶ καλλίστῳ τῶν δύντων  
σταθμώμενος τὴν τιμὴν τῶν ἀπάντων, ταῦτην πρώτην  
γονὴν τῆς ὑγρᾶς φύσεως καὶ τροφὴν τῆς πρώτης καὶ  
κοινοτέρας ὑπῆρχης ὑπόλαμβάνων. Λέγει δὲ καὶ μὴ τίκτειν  
ἐν ιερῷ· οὐ γάρ εἶναι δσιον ἐν ιερῷ καταδέσθαι τὸ θεῖον  
τῆς ψυχῆς εἰς τὸ σῆμα. (154) Παραγγέλλει δὲ ἐν ἕορτῇ  
μήτε κείρεσθαι, μήτε δυνηζέσθαι, τὸν ἡμετέραν αὐ-  
ξῆσιν τῶν ἀγαθῶν οὐχ ἥγουμενος δεῖν τὴν τῶν θεῶν  
ἀπολείπειν ἀργήν. Λέγει δὲ καὶ φθείρα ἐν ιερῷ μὴ κτεί-  
νειν, οὐδὲν τῶν περιττῶν καὶ φθερτικῶν νομίζων δεῖν  
μεταλαμβάνειν τὸ δαιμόνιον. Κέδρῳ δὲ λέγει καὶ δάφνῃ  
καὶ κυπαρίστῃ καὶ δρῦν καὶ μαρύν, τὸς θεὸς τιμᾶν,  
καὶ μηδὲν τούτοις ἀποκαθίστεσθαι τοῦ σώματος, μηδὲ  
σχινίζειν τοὺς δόδοντας. Ἐφθὸν δὲ παραγγέλλει μὴ δπτῶν,  
τὴν πραστήτητα λέγων μὴ προσδεῖσθαι τῆς ὄργης. Κατα-  
καίειν δὲ οὐκ εἴτα τὰ σώματα τῶν τελευτήσαντων, μά-  
τιο γοις ἀκολούθως, μηδὲν τοὺς θείων τὸ θυητὸν μεταλαμ-  
βάνειν έθελήσας. (155) Τοὺς δὲ τελευτήσαντας ἐν λευκαῖς  
έσθησι προπέμπειν δσιον ἐνόμιζε, τὴν ἀπλῆν καὶ τὴν  
πρώτην αἰνιτόμενος φύσιν κατὰ τὸν ἀριθμὸν καὶ τὴν  
ἀρχὴν τῶν πάντων. Εὔορκεῖν δὲ πάντων μάλιστα πα-  
τοῦ ραγγέλλει, ἐπεὶ μακρὸν τούπισσα, θεοῖς δ' οὐδὲν μακρὸν  
εἶναι. Πολλῷ δὲ μᾶλλον ἀδικεῖσθαι δσιον εἶναι λέγει  
η κτείνειν δνθρωπον (ἐν ἔδου γάρ κείσθαι τὴν χρίσιν),  
ἐκλογιζόμενος τὰς περὶ τὴν ψυχὴν καὶ τὴν οὐσίαν αὐτῆς  
τὴν πρώτην τῶν δύντων φύσεις. Κυπαρισσίνην δὲ μὴ

scripsisse autem ipsorum illustrationes et initiationes, quae  
vocantur, accuratissimam eorum notitiam habentem. Ad  
hoc et compositam quandam rerum divinarum philosophiam  
deorumque cultum instituisse aiunt, quum alia ab Or-  
phicis didicisset, alia a sacerdotibus Αἴγυπτοις, alia a Chal-  
daeis et Magis, alia ex instiis, quae sunt Eleusine et Imbri  
et in Samothracia atque Deli, et si quid..... apud Celtas  
et Iberos. (152) Apud Latinos fertur sacrum Py-  
thagoræ sermonem legi solitum, non inter omnes tamen,  
neque ab omnibus, sed ab iis tantum, qui ad optimam quæ-  
que discenda propensum, a turpibus vero omnibus alienum  
haberent animum. Dixisse ipsum etiam, ter homines libare  
et ex tripode dare Apollinem responsa, quia trias primarius  
fuerit numerus, Veneri vero sexto die sacra fieri, quia pri-  
mus hic numerus omnis numeri naturæ fuerit particeps  
et quovis modo divisus eandem in subtractis et residuis  
viri habeat, Herculi denique sacrificandum esse die octa-  
vo mensis ineuntis ob septimestrem ejus nativitatem.  
(153) Templum intrare jubet pura indutum veste et in qua  
nemo dum dormiverit, somnum ignaviæ, ut et nigrum at-  
que fuscum, puritatem vero æquabilitatis in ratiocinando  
et justitiae signum esse declarans. In templo si sanguis for-  
tuito fuerit effusus, vel auro vel mari lustrandum esse  
præcipit, quo primum nata pulcherrimaque re cunctarum  
rerum pretia metiatur, hunc quippe primum esse naturæ  
humidæ fetum, primæque et communioris materiæ nutri-  
mentum opinatur. In templo ait non esse pariendum : fas  
enim non esse, ut in loco sacro divina anima corpori alli-  
getur. (154) Festo die nec capillos, nec ungues præcidendos :  
non enim convenire censem, ut relicto deorum obsequio  
nostra commoda procuremus. Nec pediculum in templo ne-  
candum, ne eorum, quæ inutilia sunt atque noxia, cuius-  
quam numen fiat particeps. Deos autem colendos esse ce-  
dro et lauro et cupresso et querco atque myrto, ideoque his  
a nulla macula corpus purgandum nec dentes fodiendos.  
Coctum non esse assandum, quo mansuetudinem ira non  
opus habere indicat. Cadavera mortuorum vetabat igne  
comburi, magos in hoc securus, ne rerum divinarum, quod  
mortale esset, cuiusquam fieret particeps. (155) Mortuos in  
albis efferti fas existimabat, simplicem primigeniamque  
naturam juxta numerum atque rerum omnium principium  
indicans. Inprimis vero pie sancteque jurare jubet, quo-  
niā longum sit, quod a tergo sequitur, diis autem nihil  
longum esse. Multo justius esse ait injuriam pati quam ho-  
minem interficere (in orco enim repositum esse judicium )  
animæ perpendens ejusque substantiæ primigeniæ naturam.

δεῖς κατασκευάζεσθαι σωρὸν ὑπαγορεύει διὰ τὸ κυπαρίσσινον γεγονέναι τὸ τοῦ Διὸς σχῆπτρον ἢ δ' ἄλλον τινὰ μυστικὸν λόγον. Σπένδειν δὲ πρὸ τραπέζης παρακαλεῖ Δίος Σωτῆρος καὶ Ἡρακλέους καὶ Διοσκούρων, τῆς τροφῆς ὑμεοῦντας τὸν ἀργηγὸν καὶ τὸν ταύτης ἡγεμόνα Δία, καὶ τὸν Ἡρακλέα τὴν δύναμιν τῆς φύσεως, καὶ τοὺς Διοσκούρους τὴν συμφωνίαν τῶν ἀπάντων. (156) Σπονδὴν δὲ μὴ καταμύνοντα προσφέρεσθαι δεῖν ἔρη· οὐδὲν γάρ τῶν καλῶν ἄξιον αἰσχύνης καὶ αἰδοῦς διελάμβανεν. "Οταν δὲ βροντήσῃ, τῆς γῆς ἐψφαθει παρήγειλλε, μνημονεύοντας τῆς γενέτεως τῶν ὅντων. Εἰσιέναι δὲ εἰς τὰ ιερὰ κατὰ τοὺς δεξιοὺς τόπους παραγγέλλει, ἐξέναι κατὰ τοὺς ἀριστερούς, τὸ μὲν δεξιὸν ἀρχὴν τοῦ περιττοῦ λεγομένου τῶν ἀριθμῶν καὶ θεοῦ τοῦ τιθέμενος, τὸ δὲ ἀριστερὸν τοῦ ἀρτίου καὶ διαλυμένου σύμβολον. Γοιοῦτός τις δὲ τρόπος λέγεται αὐτοῦ γεγονέναι τῆς περὶ τὴν εὐσέβειαν ἐπιτηδεύσεως, καὶ τάλλα δέ, δια παραλείπομεν περὶ αὐτῆς, ἀπὸ τῶν εἰρημένων ἔνεστι τεκμαρέσθαι, ὥστε περὶ μὲν τούτου πέπαυμαι 20 λέγων.

**XIX.** (157) Περὶ δὲ τῆς σοφίας αὐτοῦ, ὃς μὲν ἀπλῶς εἰπεῖν, μέγιστον ἔστι τεκμήριον τὰ γραφέντα ὃντὸν Πυθαγορείων ὑπομνήματα περὶ πάντων, ἔχόμενα τῆς ἀληθείας, καὶ στρογγύλα μὲν περὶ τὰ ἀλλα πάντα, 25 ἀρχαιοτρόπου δὲ καὶ παλαιοῦ πίνου διαφερόντων ὃν περ τοὺς ἀχειραπτήτου νῦν προσπνέοντα καὶ μετ' ἐπιστήμης δαιμονίας ἄκρως συλλελογισμένα, ταῖς δὲ ἐνοίσιαι πλήρη τε καὶ πυκνότατα, ποικίλα τε ἀλλα καὶ πολύτροπα τοῖς ἔδεσι καὶ ταῖς ὅλαις, περισσὸν δὲ ἔξαιρέτως ἀμά καὶ ἀνελιπτὴ τῇ φράσει καὶ πραγμάτων ἐναργῶν καὶ διανομφιλέκτων ὃς δει μάλιστα μεστὰ μετὰ ἀποδείξεως ἐπιστήμονικῆς καὶ πλήρους, τὸ λεγόμενον, συλλογισμοῦ, εἴ τις, αὖτις προσήκει, δόδιος κεχρημένος ἐπ' αὐτῷ λοι μὴ παρέργως, μηδὲ παρηκουσμένος ἀροτοῦντος. Ταῦτην τούτων ἄνωθεν τὴν περὶ τῶν νοητῶν καὶ τὴν περὶ θεῶν ἐπιστήμην παραδίδωσιν. (158) Ἐπειτα τὰ φυσικὰ πάντα ἀναδιδάσκει, τάν τε ἡδικὴν φιλοσοφίαν καὶ τὴν λογικὴν ἐτελεώσατο, μαθήματά τε παντοῖα παραδίδωσι καὶ ἐπιστήματα τὰς ἀρίστας, διλας τε 40 οὐδέν τοις εἰς γνῶσιν ἀληθινὸς περὶ διουσῶν παρὰ ἀνθρώποις, δι μὴ ἐν τοῖς συγγράμμασι τούτοις διηγήσθωσι. Εἰ τοίνυν διολογεῖται τὰ μὲν Πυθαγόρου εἶναι τῶν συγγραμμάτων τῶν νυν φερομένων, τὰ δὲ ἀπὸ τῆς ἄκροσεως αὐτοῦ συγγεγράφθαι ( καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲ 45 ἐκείνων ἐπεφήμιζον αὐτά, ἀλλὰ εἰς Πυθαγόραν ἀνέφερον αὐτὰ ὡς ἐκείνου ὅντα ), φανερὸν ἐπὶ πάντων τούτων, δει πάσσης σοφίας ἔμπειρος ἦν ἀπογράντως. Λέγουσι δὲ γεωμετρίας αὐτὸν ἐπὶ πλείον ἐπιμεληθῆναι· παρ' Αἴγυπτοις γάρ πολλὰ προβλήματα γεωμετρίας ἔστιν, ἐπει 50 περ ἐκ πελαιῶν ἔτι καὶ ἀπὸ θεῶν διὰ τὰς Νείλου προσθέσεις τε καὶ ἀφαιρέσεις ἀνάγκην ἔχουσι πᾶσαν ἐπιμετρεῖν ἦν ἐνέμοντο γῆν Αἴγυπτιών οἱ λόγιοι, διὸ καὶ γεωμετρία ὠνόμασται. Ἀλλ' οὐδὲ ἡ τῶν οδρανίων θεωρία παρέργως αὐτοῖς κατεξήγηται, ἵς καὶ αὐτῆς ἔμπειρως

Arcas sepulcrales cupressinas fieri vetat, quia Jovis sceptrum cupressinum fuerit vel ob aliam quandam mysticam rationem. Ante mensam Jovi Servatori et Herculi et Castoribus esse libandum, ita ut Juppiter tanquam alimoniae dux et auctor, Hercules tanquam naturæ potentia, Castores tanquam rerum omnium harmonia celebrentur. (156) Libamina non esse a conniventibus offerenda; neque enim bonorum quicquam putabat esse dignum, ut cum pudore et verecundia tractetur. Quum tonat, terram tangendam esse, in memoriam generationis rerum. A dextra intrandum esse templum, a sinistra egrediendum, dextrum quippe imparis numeri principium et divinum, sinistrum vero paris et dissoluti habens symbolum. Hic fertur ejus modus fuisse pietatem excolendi, de qua quæ præterimus, ex dictis facta conjectura licet assequi. Itaque de his jam dicendi finis esto.

**XIX.** (157) Sapientiae autem ejus, ut verbo dicam, gravissima sunt documenta commentarii a Pythagoreis de omnibus rebus ad veritatem accommodate scripsi, et quoad cætera quidem omnia breves, in primis vero vetustum ultimaque antiquitatis afflatum velut illibatam quandam mentem spirantes et admirabili cum sapientia collecti, prætereaque sententiis pleni et creberrimi, et formæ rerumque ubertate celeroquin variegati, sed præstigiis egregii simul et dicendi genere prestabiles et rebus perspicuis atque indubitate maxime referti, idque non sine docta demonstratione atque integro, ut alunt, syllogismo, si quis qua decet via accesserit, neque in transcurso aut negligenter eos attigerit. Hanc igitur de iis, que mente comprehenduntur, atque de diis repetitam altius scientiam tradit. (158) Deinde universam rerum naturalium doctrinam exhibet, quin et morum philosophiam et logicam absolvit, variasque disciplinas et optimas quasque exequitur scientias, adeo ut nihil omnino in hominum notitiam pervenerit, quod non in illis scriptis accurate sit pertractatum. Quum igitur in confessu sit, scriptorum quæ nunc circumferuntur alia Pythagoræ esse, alia autem ab ejus discipulis excepta (quare nec horum quisquam suo ea nomine inscribebat, sed ad Pythagoram velut auctorem referebant), omni euni scientia satis instrutum fuisse apparet. Geometriae vero operam eum dedisse ferunt maximam: Ægyptii enim multa habent problemata geometrica, quia ab antiquo jam tempore et inde a deorum ætate necesse est propter Nili alluviones et avulsiones, ut periti totam Ægyptiorum terram dimeliantur, unde et nomen habet geometria. Nec tamen in coelestium rerum contemplationem obiter inquisiverunt, sicutque hujus

